stauratorum: id vero factum constat sexto anno post mortē Socra-
tis: he autē se habet. Enī in uero causā ipsius cōjuratio hoc modo
gesta est. Seruatur enim hactenus inquit fauorinus in metro. Accu-
sauit melitus meliti filius pittheus Socratem Sophronisci filiu alo-
pesem de hisce eriminibus: iura violat Socrates quos ex maiorū in
stituto suscepit Ciuitas deos esse non aestimans. Alia vero noua dē-
monia inducens. Cōtra ius & fas iuuenes corrūpit: poena illi mors
Philosophus vero cum sibi lysias quam pro se scriperat apologiā
recitatet: bona inquit & preclara est oratio lysia mihi tamen min' congruit. Erat. n. illa plurimum iudicallis: q; vt philosopho cōuenire
videretur. Percōtanti lysiae cur si bona esset nō sibi congrueret
oratio: non ne inquit & indumenta & calciamenta speciosa esse pos-
sent: neq; tamen mihi cōuenire. Cū vero iudiciū ageretur: a scēdisse
platone in suggestum refert iustus tiberiensis in stēmate ac dixisse:
minor natu cū sim viri athenienses his omnibus qui tribunal ascen-
derunt: interpellatūq; a iudicibus reclamatibus descendē. Dānatus
igitur est iudicū ducētis. lxxx. & vna sententiis. Tractantibusq; in-
ter se iudicibus quid illū potius cōuenire pati an pendere: virgin-
es & quinq; dragmas soluturū se dixit: q;q enbulides centū esse pol-
licitū dixerit. Verū tumultuantibus iudicibus: eorū inquit gratia q
a me gesta sunt: censeo me in prytaneo publice ali. Tū illi adiectis

aliis. lxxx. sententiis morte illū damnant: & continuo coniectus in
 vincula post paucos dies venenū bibit: multa peius de immortalita
 te animorū: ac praeclara diss. res: quæ in phædone Plato digessit:
 pœana quoq; illū scripsisse pleriq; autumāt: cuius est initiu: Delie a-
 pollo salue: simulq; Diana pueri gloriōsi. porro Dionysos dorus pœa-
 na illius non esse memorat. fecit & aesopiā fabulam non multū cō-
 posite: cuius initiu: est: Aesopus hæc retulit & cætera: atq; in hunc
 modū Socrates excessit e vita. Atheniensibus eius facti tantū poe-
 nitentia incessit mox: ut palæstras & gymnasia clauderent & alios ses dicti
 quidē exilio: Melitū vero morte dānarent. socratem aerea imagine penitēta
 publice honorauere: quā a lysippo perfectā in urbis celeberrimo lo-
 co statuerunt. Anytū ipsa die reuertentē Heracleæ exterminarunt stes seu i-
 passi sunt bæc athenienses nō modo in socrate: verū & in aliis viris ent.
 illustribus permultis. Nāq; vt ait Heraclides homerū veluti insani-
 entē dragmis. I. mulctarunt: tyrtæūq; mentis impotē dixerunt &
 astydamantē primū ex ludo aeschylī sapientissimū aera imagine ho-
 norauerunt. Eis Euripides quoq; id exprobrat in Pàlamede inno-
 cuāq; musam insectatos clamans. Enim uero philochorus Euripi-
 dem ante Socratē obiisse tradit. Nascitur Socrates vt ait Apollos-
 doros in chronicis sub apsephione septuagesimā & septima olym-
 piadis anno quarto Thargelionis mēs in sexta: quo die lustrat Athene-
 nies Ciuitatē Dianāq;natā Delii tradunt. moritur primo anno
 nonagesimā quintē olympiadis. lxx. etatis anno. eadē ferme De-
 metrius Phalerius ait. sunt qui sexagenariū obiisse refrant: vterq;
 vero Socrates & Euripides Anaxagorē auditores fuere. Porro Eu-
 ripides primo anno septuagesimo olympiadis sub calliade ortus ē
 Videtur autē mihi socrates & de naturalibus disseruisse: quando q
 dem & de puidētia pleriq; disputat: vt xenophon ait: & certe cum
 de mortalibus tantūmodo verba eū fecisse asseueret. Sed & plato i
 Apologia mentionē Anaxagorē faciens aliorūq; phisicoru: q; So-
 crates negat: de his dicere ipse cōprobat: & quidē cū sua oīa socra-
 ti semper attribuat. Refert Aristoteles magnū quendā ex Syria pro-
 fectū Athenas Socratē pluribus in rebus reprehendisse: violentā-
 q; illi mortem futuram predixisse.

Est nostrum in illum epigramma istiusmodi.

Nunc bibe: nam vere sapientem dixit Apollo.

Socrates illustris & deus est sophia.

Ciubus ingratia data sunt tibi dira venena.

Ast illi hauserunt protinus ore tuo.

Bibe nunc illustris Socrates: Cecinīt nā vere sapientēq; dixit de?
 at deus sapiētia. Nam venenū quidem a ciubus ingratia accepisti:

Socrates
dānatur.

LIBER

sed id illi tuo ore ebiberunt . Fuit eis ut refert Aristoteles tertio de poetica: cū Antiocho lēnio & antiphonte cōtentio quēadmodū & Pythagoræ cū Cydone & Onata viuentiq̄ Homero cū Sagari: vita functo cū xenophane memorato colophonio: Hesiodo item viue-
ti cū cecrope: defuncto cū xenophane memorato: Pindaro cū Am-
phiemene coo: thaleti cum Pherecyde: Biantiq̄ cū Salyro Prienæo:
Pittaco cū Antumenide: & aleeo: Anaxagoræ cū Sosibio. Simonis-
dæq̄ cū Timocreūte. Sed enim ex his qui successere socrati appel-
laturq̄ socratici: nobilissim: sunt Plato: Xenophon & Antisthenes.
Ex his vero qui decē dicūtur: clarissimi fuerunt quatuor Aeschines
Phædon: Euclides: & Aristippus: primo igitur dicendū de Xeno-
phonte: deinceps de Anthisthene inter Cynicos: tum de socraticis:
atq̄ ita demū de Platone qui & decem sectarū princeps est: primāq̄
academiā ipse constituit. Hic ergo successionis est modus. fuit & a-
lius Socrates historicus qui argos diligēter descripsit: alius itē peri-
pateticus Bithynus atque alius poeta epigrāmatū: & alius Cous q̄
deorum precatiōnes inuocationesq̄ conscripsit.

Xenophon.

Xeno-
phō vere
cūdus &
speciosus



Xenophon Grylli filius atheniensis : pago archieus fuit.
Erat autem verecūdus : & vltra q̄ dici possit speciosus.
Aut eū cū Socratem in angiporto quodā habuisset ob-
uiū: Porrecto ab eo baculo transire prohibitū: percōtati
vero vbi nā venirent quæ humanis vīsibus accōmodata
sunt singula cū ille respondisset: rufus vbi nā boni ac probi. homi-
nes fierent rogare perrexit. Ad hæc hærente illo dixit ei Socrate
sequere igitur & disce. ex eo socratis auditor factus primus omniū
quæ dicebantur notis excepta in publicū ædidiit cōmentaria inscri-
bens: primusq̄ philosophoꝝ scripsit historiā: Hunc adamasse clinia
Aristippus in quarto de antiquis delitiis meminit: atq̄ ad eū hæc
dixisse. Nam nūc ego cliniam gratius intueor: q̄ cætera ornaū quæ
sunt inter homines speciosa & quæ sunt dulcia hominibus: cecusq̄
mallem ad cætera fieri dum vñici cliniæ conspectu fuerer. Angor
nocti & in somnis q̄ illū non video: diei ac soli gratias ingentes
ago q̄ cliniæ mihi faciē reuelat. In Cyri amicitiā hoc modo venit
erat illi familiaris quidē proxenus nomine. Boetius genere: disci-
pulus Gorgiae leontini cyroq̄ cognitus & carus: is apud Cyrū Sar-
dis motabatur. Scripsit autem Xenophonti epistolā athenas acce-
sens illum & Cyro aūicūm fieri suadens hanc ille socrati ostendit:
consiliūq̄ flagitabat. Eū ille delphos misit: in ea re dei consilioſu-
rum. Paruit Xenophon: profectusq̄ ad eum. rogarat num pergere ad
Cyrum debeat nec ne: sed quo pacto ire qua in re Socrates illū &

Xenoph.
fit socra-
tis disci-
pulus.

Xeno-
pri
m⁹ phō
historiā
scripsit

Xeno-
phantis
dictū de
clinia.

Cyri re-
gis ami-
c⁹ fit Xe-
nophon.

Si modice insimulabat proficisci tamē monuit. vbi aut̄ ad cyrū ve-
nerat ita se illi insinuauit: vt non minus illi amicus carusq; fuerit q̄
proxenus: & alia quidē omnia quę in ascensu Cyri ac descensu con-
tingere nobis ipse diligētissime tradidit. Inimicitias aut̄ aduersus

Menonē pharsalū gratissimas exercuit: qui fuerat ascēsus tempore Menon
Peregrini militis duxtor: cui inter cætera maledicta & illud obiecit Pharsali?

maioribus illo se vsum analisjs. Apollonidi item cuiq; exprobrauit perforatis esse eū auribus dicēs: post ascēsum vero & ponticas cla-
des fœderaq; a Seutho odrysōg; rege violata: se in asiā contulit ad

Agelilaū lacedæmonioꝝ regem: Cyriq; milites illi sub mercede p-
stitit: ac se illi penitus denouit: amicissimusq; fuit. Quo tēpore q; la-

conicas partes tueri videretur: exilio dānatus ab atheniēsibus est: profectus deinde ephesum dimidū auri qđ secū tulerat Megabyzo

Dyanæ sacerdoti seruadū tradit quoad reueteretur. Sin aut̄ statuā

ex eo confectā deo consecrare iubet ex dimidio reliquo donaria in

delphos misit: inde cū agelilaō in graciā ad bellū cōtra Thebanos

pfectus est lacedæmoniis commeatū illi suppeditatib⁹. Hinc iam

omisso agelilaō in agrū Heleæ scillontem venit ab vrbe paruo spa-
tio disperatū. Sequebatur aut̄ illū & muliercula Phileſia nomine:

vt refert Demetrius magnesius: & duo liberi Grylli⁹: ac Diodorus

vt ait Demarchus in libro de repudio aduersus Xenophontē: q̄ etiā

gemini vocati sunt. Adueniente vero Megabyzo sub occasione pu-

blice festivitatis receptis pecuniis p̄dīū emit & deæ consacravit:

quod amnis interfluit Selenus ephesino fluvio æquiuocis. Hinc iā

venationibus instabat: amicis cōiutia faciens historiasq; cōscribēs

Refert Demarchus lacedæmonios illi domū agrūq; dedisse. Philo-

pidam prēterea Spartiatam aiūt ad eū illuc dono misisse mancipia

ex dardanīa captiua abducta: ipsumq; arbitrio suo illa disposuisse:

quo tempore elienses in Scillonta cū exercitu profectos lacedæmo-

nīis remorantibus agrū cepisse. Tū vero Xenophontis liberi cū pau-

cis seruis clam se subducētes in lepræum cōcessere. Xenophon quo

q; ipse in elim primo: postmodū in lepræum ad filios venit: atq; in

de cū illis Corinthū profectus: illuc postea domiciliū habuit: Inte-

reacū decreuissent atheniēses afflictis lacedæmoniog; rebus opitu-

lari: filios athenas militaturos pro lacedæmoniis mittit: apud Spar-

tanos quippe instituti fuerāt: vt refert Diocles in vītis philosopho-

rū: ex ea pugna Diodorus nullo præclaro facin ore illustris euālit ei

q; filius ex fratri nomine fuit. Porro Gryllus inter equites fortissi-

me dūmicans: erat aut̄ ea pugna circa mantiniam honesta morte de-

fungitur magistro e quatum Cephisodoro: & imperatore exercitus

Agelilaō: vt ait Ephorus in quinto & vicesimo historiarū libro: in gnat.

Menon
Pharsali?

Seuthus,
odrysōg;
rex.

xenophō
exulat.

Megaby
sus diane
sacerdos

Phileſia
xeno. se-
quitur.
Gryll⁹ &
Diodor⁹
Selenus
fluuius.

Xeno-
photis ex-
tores.

Gryllus
fortissi-
me pu-
gnat.

LIBER

Epamī- ea dimicione epaminīudas Thebanorū dux cecidit. Fertur Xenophon coronatus sacrificasse: & cū filiū corruiſe didicisset: corona depositisse. vbi vero acriter pugnantē oppetisse cōperit: eam rursus capiti imposuit. Sunt qui illum ne lachrymatum quidem dicant: solūq; dixisse: sciebā me genuisse mortale. Refert Aristoteles Grylli laudes: & epitaphia: tunc innumerous scripsisse: partim vt eius virtus celebris fieret: partim item vt patri gratificarentur. Socratem item Grylli laudes cōscripsisse Hermippus testis est in libro de vita Theophrasti. Timon eum vt solet: carpit. Hæc vita Xenophontis fuit: florebat maxime quarto anno nonagesimæ & quartæ olympiadis: ascenditq; cū Cyro sub principe xenēto anno uno ante Socratis mortē. Obiit at vt ait Stesicrides atheniēs in descriptōe principū & olympionicū anno prio cētesimē qntē olympiadis: sub principe Callide mede sub quo & Philippus amyntæ fili⁹ macedoni⁹ regnabat. Obiit corinthi: vt ait Demetri⁹ magnesi⁹ ad maturā iā puectus senectutē vir pfecto cū in ceteris p̄stās & bonus: tū equorū venatio nisq; ac d. sciplinę militaris in primis studiosus: vt ex libris suis intelligi datur. Religiosus p̄terea & sacrificiis intentus: ex eorū fibras dijudicare ductus & Socratē ad vnguē imitatus. Scripsit at quadriginta libros: aliis aliter eos diuīdētibus ascēsum Cyri cuius p̄ singulos libros: non aut totius operis prohemī fecit. Cyti instructionē: Cyri p̄dā: græcas res & cōmētaria symposiūq; & oeconomicum: & de equestri: & de venatione. Hippachium p̄terea & Socratis apologiā & de seminibus. Hieronem quoq; siue Tyrānicū: agesilaūq; & atheniensiū ac lacedæmoniorū ciuitatē: quā non eā Xenoplontis Demetrius Magnesius testatur: fertur & Tucididis libros eatenus latentes cū subducere posset: ipse prior in eius viri gloriā in lucē de disse. Appellabatur autē musa attica: pro dulcedine eloquii & increbili facilitate. Quocirca & se inuicē ipse ac Plato emulabatur. vt suo loco cū ad Platonem venerimus dicemus. Sunt autem & in hūc nobis epigrammata sic se habentia.

Non solum ad persas Xenophontem ascendere cyrrus.

Fecit: at ille iouis si quis agat repetit.

Nanq; suæ ostendens doctrinæ dogmata græca.

Saciatis atq; bonum quam meminit sophia.

Aliud vt mortuus est.

Cecropis & cranei xenophoni si ciuibus actus.

In exilium es: amici gratia cyrrti.

Hospitis exceptis: sed te studio sa corinthius.

Sic placet illic & manere nouisti.

Inueni alibi clatuſſe illum circa octogesimam & nonā olympiadem

Xenene =
t' p̄ceps.

xenophō
tis mors.

xenophō
dicebat
musa at=
rica.

vna cū Socratis cæteris. Istius autē assertit illum ex decreto eubuli exultat: eiusdēq; postea sententia redisse. Septem vero fuere Xenophontes: primus hic ipse: secundus Atheniensis pythostati illius frater: qui Theseidos poema cō posuit: qui inter cætera Epaminundae quoq; vitā conscripsit: ac Pelopidae. Tertius Cous medicus. Quartus qui Hannibalis historiā scriptus. Quintus qui prodigia fabula sa commētus est. Sextus Parthus lculptor egregius. Septimus antiquæ comediae poeta.

Aeschines.

Aeschines charini lucanicas vendētis siue vt volūt lyſamæ filius atheniēlis a puero miræ indolis: laborūq; pa-
tiētissimus fuit. Quo circa & a Socrate nūq; dīscellit. at-
q; ideo Socrates de illo dicere solebat: solus nos hono-
rare nouit Aeschines. Hūc Idomeneus tradit in carcere
fugā Socrati suadere tentasse: nō Critonē: verū Platōnē cū amicior
etiam Aristippo Critoni verba illa accōmodasse: vocatur in ius aē-
clunes & imprimis a Menedemo eretriense: qđ Socratis nomine di-
alogos cōplures inuexerit: quos a Xantippe se accepisse memora-
bat: ex q̄bus illi sunt qui vocātur acephali nimiū flacci: nec socra-
ticā robustitatē aut copiā p̄f̄ferentes: eos tamē aēschinīs nō esse
Peristratus ephesius afferit: sed & plures ex septenario illo numero
perseus refert pasiphontis eretrici esse: atq; ab eo aēschinīs insertedos
libris: antisthenes quoq; paruū Cyrū: & minorē Hercule: & alcibia-
dem cæterorūq; libros ab eo fuisse cōpilatos. Sūt autē aēschinīs di-
alogi qui socraticū exprimūt morē septem isti. Primus Milciades:
ideo quodāmodo imbecilior est: deinde callias: tum axiochus: aspa-
sia: alcibiades: Telages: & Rinon: aiūt ipsum inopia adactū venisse
in siciliā ad Dionysium: atq; a Platone despectū ab aristippo fuisse
illi cōmedatū: ibiq; prolati dialogi quibusdā accepisse numerā:
demū athenias reuertisse: ibiq; minime philosphari ausum q; illuc
Platonis & Aristippi effet clarissimū nomē: auditores sibi sub mer-
cede queſiūsse: deinde in defensionem innocentū se ad scribēdas
orationes iudiciales conuertisse: atq; ideo Timoneim de illo dixisse
referunt: q; in persuadendo p̄tens fuerit. Aut illi dixisse Socratē
cū premeretur inopia vt a se ipso vſuras exigeret sibi subducēdo ci-
baria. Huius dialogos Aristippus etiā suspectos habuit. Deniq; dū
eos Megaris legeret reprehendisse ferunt: ac dixisse vnde tibi ista la-
tro? refert Polyceritus mendesius in primo de Dionysio vixisse illū
cum Tyranno iugiter quo ad tyrannide exciderit: & vſq; ad Dionis
in Syracusas reditum: cū illo afferens & Carcinum comicum fuisse
fertur & eius ad Dionysium epistola. Erat autem in arte oratoria

aēschines
laborūq;
patiētissimū

Dialogi
acephali
quos nō
absurdi
dixit poe-
ta a dicti
one priua-
tua & kē
Φαλος
.i. caput.

LIBER

maxime exercitatus: ut ex ea oratione quam pro defensione patriæ
Gorgias Phæacis magistri militū scripsit: & ex eo q̄ Gorgiam leontinū imi-
Ieōtinus tatus est maxime cōstat. Scripsit aut̄ & Lyrias orationē cōtra illum:
quē ael- quā inscriptis de calūnia Ex quibus profecto liquet oratorē p̄cipuū
chines i- fuisse: erat ei & familiaris quidam Aristoteles nomine cognomēto
mitat⁹ est mythus. Panætius omniū Socratisq̄ veros effe dialogos censet:
 Platonis Xenophontis: Antistenis: æschinīs: de phædonis tantū &
 Euclidis ambigit: ceteros dānat. Octo aut̄ fuerūt hoc nomine. Pri-
 mus hic ipse. Secundus qui artē oratoria scripsit. Tertius orator De-
 mosthenis æmulus. Quartus arcadia pfectus: Socratis p̄ discipulus
Mityle = Quintus Mitylenus: quē & flagellū oratorē vocabāt. Sextus Nea-
neus ael- politan⁹ acadæmicus philosophus melandij rhodij discipul⁹ idē p̄
chines o- pædica. Septimus milesius ciuilis scriptor. Octauus Statuarius.

Aristippus.



Ristippus genere Cyrenaicus fuit pfectū vero athenas.
xenophō Socratis fama per citū æschinēs tradidit. Is vt ait phæ-
Aristippi nias peripateticus etesius primus Socratisq̄ mercedē
inimicus exegit: & questū philosophatus est magistroq̄ pecunias
 mittebat: cui cū aliquā. xx. minas milislet: ille eas conti-
 nuo remisit asserens deum id sibi non permittere. Displicebat id q̄p
 pe Socrati: Xenophon quoq̄ aduersus eū in festo fuit aio. Quocirca
 & librū cōtra voluptatē in Aristippū scripsit ascitorē voluptatis:
 eāq̄ Socrati disputationē assignauit. Theodorus quoq̄ in libro de-
 lectis illū cōuitiis agit: & Plato in libro de aia sicut in aliis memora-
 urimus. Erat aut̄ ei ingeniuū facile: & cōgruere loco tēpori personæ
 nouerat omnēq̄ cōueniēti simulare rōnē. Quamobrē & Dionysio-
 plus ceteris pbabat: quia ad oē qđ emergeret bene affectus instru-
 ctus p̄ videref. Nā vt percipiebat p̄sentū voluptatē: Ita vt absenti-
 bus frueretur nō laborabat. Vnde & Diogenes ipsum regū appella-
 bat canē: eūq̄ timon vt nimis delicatū acriter mordet. aut̄ illū ali-
 quādo iussisse perdicem quinquaginta drachmīs enī. Tantū luxu-
 riæ grauiter ferēti cuidā respōdīsse. tu istā obolo non emers: & cū
 annuisset ille: mihi vero inquit quinquaginta drachmæ tātū valēt.
 Tres formosas meretrices ei in conspectū dāri aliquādo Dionysī
 iussit: eūq̄ q̄ ex illis vellet eligere. Tū ille tres simul abduxit: dicens
 neq̄ paridi tutū fuisse q̄ vnā prætulerit cæteris. Eas igit̄ ad vesti-
 bulū vsq̄ deduxit: ac dimisit: adeo erat & in eligēdo & incōtēndo
 facilis: Iō p̄ stratonē siue vt alii volūt Platonē ad eū dixisse tradūt:
Aristip. a Tibi soli & clamidem & pannū ferre datū est: consputus a Dionysio
dionysio modice tulit: eā iniuriā cū quidā ægre ferret p̄scatores ingt vt Go-
cōputus bū rapiat: mari patiūtur aspergi: & ego vt balenū aceipiā: nō patiat

excretionē respurgi! Prætereuntē quādoq; Diogenes olera abluens obiurgauit & dixit. Ista tu si parare tibi didicisse Tyrānoꝝ auſtas nō adeo fœdus assentator adires. Tu vero ait ille si quidē cōuerſari cū hominibus scires: olera pfecto nō lauifles. Interrogatus qd nā sibi ex philosophiæ studiis quæſiſſet. Posſe inquit oibus fidēter loqui. Cū pbro ſibi daretur q; pcioſe & exquiritiſſime viueret: si vi tuperandū ait hoc eſſet: in celebritatibus dcoꝝ pfecto non fieret. Rogatus aliquando quid habent amplius philosophi: ſi oēs inquit leges intercant ſimiliter viuemus. Percontantī Dionyſio cuius rei gratia philosophi diuitū lumina terunt: philofophog; vero diuites nō ita: q illi inquit ſciūt quibus indigent: iſti nesciūt. Interrogatus quo diſferant docti ab indoctis: quo inquit domiti equi ab indo- mitis. Ingressus aliquādo meretricis cellulam: cū erubet cret quidā ex his qui cum eo erant adulescētibus: non inquit ingredi nō poſſe turpe ell. Cū a quodā ſibi ppolitū eſſet. Enigma & vt ſolueret im- portune ab eo ipſo qui ppoluerat requiretur: quid inquit: O ſtolide vis vt ſoluā: quod etiā inuolutū nobis negocia præbet? Melius eē dicebat mendicū euadere q imperitū. Illic, n. pecuniis: hic humani- tate indigetur. Cū aliqñ cōuitis ageretur abibat: insectatore vero pſequente ac dicēte cur fugis? qm inquit maledicendi tu potestatē habes: ego audiendi: indignanti cuidā: ac dicenti: philofophos cer- neret ſemper obſidere diuitū fore: & medici inquit languentiū ias- nuas frequētant. Non tñ ideo quispiam infirmari mallet q mederi. Corinthū nauigabat aliquādo & cū tēpeſtate iactaretur turbari cæ- perat: in ea perturbatione cuidā iuſtantī ac dicenti. Nos imperti- nō metuimus: vos philofophi cur trepidatis: nō, n. inquit de eadē aut ſimili aia utrīq; noſtrū cura & metus incūbit: glorianti cuidam quod multa diſcipliſſet: ait ſicuti nō hi qui plurima comedūt & exer- cētūr melius valent q qui ſumūt necellaria: ita nō qui plurima: ſed qui utilia legerunt ſtudioſi habendū ſunt & eruditī: oratori qui cauſam p ſe dixerat & vicerat: ſcificanti quid te adiuuit Socrates: hoc inquit vt oratio quā pro me & de me habuisti vera ſit? Aretam filiā p̄aclaris monitis iuſtituebat docens elle nimietatis cōtēptricem.

Rogatus a quodam quonā melior euasurus eſſet filius: ſi erudi- retur: & ſi nulla inquit alia in re certe: vel in theatro non ſedebit la- pis ſuper lapidem: cum ſibi quidam cōmendaſſet filium quingētas poſtulauit Dragmas: cui ille cū diceret tāti emere mancipiū valeo. Eme inquit & habebis duo. Pecuniā ſe ab amicis accipere dice- bat: nō, vt ipſe vteretur: ſed vt ſcient illi quas ad res pecuniis vti cōueniat. Probro illi ſemel obiſſientibus cur in cauſa propria condu- xerit rhetorem: at qui inquit & cocum dū coenā facio conduco: co-

Dioge-
nis & ari-
ſti. verba.
Vide va-
leriū ma-
ximū.

Arist. ſen-
tentie.

Pauca &
utlia di-
ſcere pre-
ſtat q plu-
ra & non
necessa-
ria.

Areta a-
rifl. filia.

LIBER

gente aliquādo Dionysio vt aliquid ex philosophia loquieretur: rati-
diculū ait est . si quidem me vt loquar interrogas & quando loqui
oporteat ipse me doces . Ad hæc indignatus Dionysius extremū
omniū fecit accūbere . Sed ille illustrem inquit hūc locū fieri & ap-
parere voluisti . Gloriabatur quidā ac sibi aplaudebat de natādi pe-
ritia: ad quē ille nō erubescis inquit in his quē delphinis p̄pria sunt
gloriarī . Interrogatus quid differat sapiens ab insipienti: mitte ait
ambos nudos ad incognitos & disces . Exu' tanti cui dā q̄ multum
bibens nō inebraretur: hoc inquit ēt mulus facit . Ad eū qui q̄ mere-
trici cohabitaret arguebat . Dic age inqt nūquid differat eā domū
accipere quā multi aliqñ inhabitauerint: aut quā nemo? Negante il-
lo quid inquit . Nū differre putas ea nauī ferri in qua numeri s̄epe
nauigauerint: siue in qua nullus? Minime inquit ille: nū ergo inquit
differt . vtri mulieri congregiare ei: quē neq̄ multis fuerit expositas
an ei quē nullis? Culpatus cur ex Socratis disciplina veniens pecu-
niā acciperet: & merito inquit . Nā Socrates cū sibi plāeri q̄ mitterēt
eriticū & yinū: paucis in suos vlsus reseruatis: remittebat reliqua: ha-
bituit quippe ille penuarios Atheniēsū principes . Ego autem Eutychi-
des Emp-
titi⁹ seru⁹,
aristip⁹.
Lais me-
retrix q̄
aristipp⁹,
ytebatur.

Eutychides Emp-
titi⁹ seru⁹,
aristip⁹.
Lais me-
retrix q̄
aristipp⁹,
ytebatur.

Charonidæ siue vt quidam volūt phædoni interroganti quisnam
esset vnguentis delibitus: ego inquit in foelix & me in foelior Per-
satum rex . Cæterum vide ne vt cæteræ animatæ pp̄terea nihil sul-
luris amittunt: sic ne homo quidē . Malí vero male pereant Cynædi:
qui vnguenta præciosa nobis exprobant . Platone magnifici illum
aparatus & præciosæ supellectilis insimulante . Num ait bonus tibi
Dionysius videtur? fatente illo: atqui viuit inquit ille q̄ ego magni-
ficiens . Nullo igitur impedimento est ad bene viuendum lauitor
victus . Interrogatus quom̄ Socrates obisset diem: vtinam inquit
sic ego . Intravit ad illū aliquādo Sophista Polizenus intuitus q̄ mu-
licres cōpositas & magnifice instructū conuiūti accusare luxū eius-
modi accēpit . Cōtinuit se ille modice: ac demū potes ne inquit ho-
die nobiscū esse? Et cū ille annuisset: cur ergo inqt quæreris? nēpe-

Sophista
polyzen⁹

enim certum est te non delicationē mensam accusare: sed sumptum.
 Gestabat eius famulus in itinere pecuniam: & cū premeretur onere
 effundere ait quod nimis est: & fer ea quae praeuale: testatur id Bion:
 cū aliquādo nauigaret didicissetq; nauē esse pyraticā: acceptū aurū
 numerabat: deinde quasi imprudenti & inuitō lāpsum e manibus ia-
 cuit in mare: ingemuitq; grauiter. Sūt qui illum & hæc dixisse me
 morent: melius est vt hæc ab Aristippo: q; Aristippus ppter ista pe-
 reat. Interroganti Dionysio ad quid venisset: vt inquit quae habeo
 impatiar: quae non habeo accipiam. Alij sic cū respōdissent referunt:
 quando sapientia egebā Adij Socratem: nūc pecuniārū egens ad te
 veni. Arguebat maxime homines q; in auctionibus quidem vasa in
 spicerent: vitā vero nequicq; probarent: hoc alijs Diogenis fuisse vo-
 lūt. Iusserset aliquādo Dionysius in cōuiuio vt singuli in veste purpu-
 rea saltarent: id Plato renuit dicens non posse induere sc̄mineā ve-
 stem. Sumptā vero Aristippus se induit: & cum saltare inciperet: p
 prie prompteq; dixit. Et inter bacchanalia pudicus nō corrūpit.
 Orabat aliquando pro amico Dionysium: & cum repelleretur ad pe-
 des eius corruit: id factum cum argueret quispiam non ego inquit
 in culpa sum: sed Dionysius: qui aures habet in pedibus: morabatur
 in asia: & cū ab Artapherne satrapa fuisse compræhensus: interro-
 gatus a quodā an ibi cōsideret: quasi vero inqt. O stulte magis vnq
 fidēs fuerim q; mō sum. Allocuturus Artaphernē eos q; liberalibus
 imbuti disciplinis philosophiā neglexissent Penelopes aiebat pro-
 cis esse simillimos: illōs. n. & Melantho & Polydoram & ancillas a-
 lias cūcta q; potius habere q; dominæ suæ nuptias sperare potuisse.
 Simile quiddā & aristō dixisse fert. Vlyxē quippe cū des cēdisset in
 infernū mortuos fere vidisse oēs: allocutūq; esse. Reginā vero ipsā
 ne videre qdē potuisse. Aristippus vero rogatus qnā iuuenes opor-
 teat discere: ea inqt q; viris vsui futura sunt. Exprobrati cui dā cur a
 Socrate ad Dionysiū se cōtulisset: at qui inqt ad Socratē disciplinæ
 indigēs pfectus sum: ad Dionysiū aut pecuniæ egenus veni. Mul-
 tas iam pecunias cōsecuto cū diceret Socrates: vnde tibi tā multa?
 Ille inqt vnde & tibi pauca. Dicēte sibi scorto ex te cōcipio. Nō inqt
 hoc magis nosti q; si per spinas dēsillimas pergens dicere posses ista
 me pupigit. Causante quodā cur filiū quasi nō ex senatū proiicerē.
 An vero inquit ignoram? & pituitam & pediculos ex nobis gigni?
 quae tamē velut inutilia q; longissime proicimus. Cum a Dionysio
 pecuniam ipse. Plato librum accepisset: In simulante se quodam ego
 inquit pecuniis indigeo. Plato libris: percontāti cuius rei gratia se
 Dionysius argueret: eius ait cuius illum arguunt cæteri: postulabat
 pecuniam a Dionysio: & ille dixisti inquit non egere sapientem.

Arist. iu-
bet aurū
effundi.
Arist. au-
rū i mare
sc̄ies mit-
tit.

Inter ba-
chanalia
pudic⁹ n̄
corrūpit
elcans
dictum.
Arist. ad
pedes di-
onysij.

Arist. ad
meretri-
cē rīsum

LIBER

Da inquit ille & postea de his quæramus. & cum dedisset: vides ne
ait me nō indigere. Dicente ad eū Dionysio qui enim ad Tyrannū
profici scitur illius est seruus quis liber fuerit. Non est inquit seruus
si liber venit. hoc diocles fert de vita philosophos libro. Alii Pla-
tonem id dixisse tradūt. Iratus eschini non multo post redibimus
at in gratiā: necq; delirare desistimus. Nū expectabis quoad quip-
piam de nobis I curra loquatur ad Calicē! Et ille grato inquit ani-
mo. Memēto ergo ait Aristippus q; ad te cū maior essem natu pri-
or accessi. Et eschines recte inquit per Iunonē dixisti. nā me mul-
to profecto meliores: ego. n. inimicitiarū. Tu amicitia princeps fu-
isti. Et ista quidem de illo referuntur. Fuerunt autē aristippi quattu-
or. Primus iste de quo nobis serino est. Secundus qui archadie histo-
riā scripsit. Tertius qui q; a matre doctus esset metrodidactos di-
ctus est prioris nepos filiæ. s. filius. Quartus ex noua Academia p-
fectus. Huius autē Cyrenaicī philosophi libri isti memorantur tres
historiæ libyç libri ad Dionysiu missi. Dialogi. xxv. Alii quidē at-
tica: alii vero dorica locutione scripti. Sūt autem hi artabazus ad
naufragos: ad fugitiuos ad pauperē: ad laidem: ad porū: ad laidem:
Itē de speculo Hermias: in somniū ad eū qui praeerat poculo. Phi-
lomelus ad domesticos: ad increpantes cur vestutū vinū scortaq;
possideret. Ad vituperantes q; magnifice instrueret mensam. Epi-
stola ad Aretein filiā. ad eū qui seipsum exercebat in olympia inter-
rogatio: alia interrogatio chria necessitas ad Dionysiu: alia de ima-
gine: alia de Dionysii filia ad eū qui arbitrabatur se cōtēptui & ig-
nominiæ haberi. ad eū qui consulere moliebatur. Pleriq; illū et dia-
tribatū sex libros explicuisse asserunt. alii penitus scripsisse negant
ex quibus est Sosocrates rhodius. Porro & Sotion in secūdo & pa-
nætius hæc illū scripsisse referunt videlicet de disciplina de virtute
exhortatorius artabazus naufragu fugitiui diatribarū libri. vi. ne
cessitatū libri tres ad Laidē: ad Porū: ad Socratē de fortuna. Finē
vero declaravit lenē motū ad sensum emanantē. Age vero quoniā
ipsius vitā descripsimus. Nunc eos qui ab illo fluxere Cyrenaicos
suo ordine prosequamur. Ex his alii quidē hegesiacos amicerios a-
lli: alii Theodorios seipso appellauere. Sed & illos nihilominus q;
aphiedone manarūt. ex quibus Eretricos nobilissimos dixerat. Sic
autē illoꝝ seriē recenseamus: Aristippū audiuit aretæ filia & æthis-
pos Ptolomæus & Cyrenæus antipater. Aretæ vero auditor fuit a-
ristippus metrodidactos cognominatus. eius vero Theodorus pri-
mo atheos. deinde Theos appellat⁹ est. Antipatrū Epitimedes cyre-
ne⁹ audiuit. ei⁹ parēbates auditor fuit: parēbatis Hegesias q̄pisitha-
natos est dictus & amiceris: a quo Plato redemptus est. At enim qui

Aristippi
sequaces

Aristippi iſſituta ſeriuauere : & ab illo Cyrenaici ſunt appellati hiſce opinionibus vtūtūr. Duas perturbationes ponūt dolorē & voluptatē: tamen: voluptatē lenem motū: dolorem vero asperū motū appellātes nihil differre a voluptate volūtatem: neq; plus altera mulcere alte- ram: atq; illā quidem cūctas animantes: hūc adiſcere: hūc autē aſp nari. Voluptatē autē corporis intelligunt: quā & finē eſſe dicūt: vt etiā Panætius in libro de ſectis tradit: nō eam quā in ſtatu ſit: & doloris priuatione cōſiſtit: & veluti a turbatione omni quietem agit: quam ſuſcepit Epicurus finēq; conſtituit. Videtur autē eius finis a beata vita diſſerre: finē quippe eſſe particularē voluptatē beatā autē vitam ſiuſ felicitatē voluptatū particulariū cōſtare conuentu: qui buſ & præteritā cōnumerantur & futurā. Particularē quoq; volūptatē propter ſe eligendā: felicitatē vero non propter ſeipſam: ſed propter particulares voluptates expetendā. Testimonio nobis eſſe finem habendā voluptatē: q; a pueris hanc nobis natura concilia- uerit etiā abſq; iudicio rationis: & cū illa fruiμur: nihil amplius in- quirimus q;q; nihil æque ad dolorē naturaliter fugimus: voluptatē preterea bonū eſſe etiam ſi a turpissimis proueniat rebus: vt ait hip- pobotus in libro de ſectis. Et ſi enim fœda ſit actio. voluptatē ta- men per ſe ipſam eligendā eſſe bonūq; exiſtimandā Porro illa dolo- ris amotio quam tuetur Epicurus eis nō videtur voluptas eſſe neq; priuatio volūptatis dolor: vtraq; enim eſſe in motu cōſtituta: cum nō ſit motus doloris volūptatisq; priuatio. Quippe doloris illa va- catio veluti dormientis status eſt: poſſe quodā aiunt voluptatē mi- ni me appetere per animi peruerſionē: nō tamen omnes animi volu- ptates ac dolores in corporeis volūptatibus & doloribus fieri. q; p- pe qualibet ſimpli ex patriæ proſperitate ſiuſ priuata felicitate gaudiū gigni. Immo ne ex memoria quidē ſeu expectatione bono- rum volūptatē perfici dicunt quod placet Epicuro. Nam tempore motū animi effluere: ne ſolo quidē viſu vel auditu volūptates cōſta- re poſſe: quando & eos qui lamentata imiſtantur: gratae ac libenter audimus. veras autē lamentationes ingrate atq; iniucunde. Porro priuationē huiusmodi aut volūptatis aut doloris medios ſtatū ap- pellabant. Lōge tamen eſſe præſtantiores corporūq; animorū volu- ptates: deterioreſq; corporis q; animi angores: quo circa & his pec- cantes magis cruciari. Durius quippe dolere: lētari vero familiari- & gratius arbitrabantur. Quo circa & maior illis erat corporis cu- ra quā animi. Vnde cū inde quoque conſtet eligendām volūptatem pleraq; tamen quā ſunt efficientia quarundā volūptatē: cū ſint mo- leſta ſæpe aduersari: vt diſſicillima eis videatur volūptatū: conge- ties: quā beatam vitam efficeri nō poſſit: placet autem eis neq; ſa-

Cyrenai
corum o
pinio.

LIBER

pientem semper in voluptate vivere: neq; rursus insipientem semp
in dolore: verum maiore ex parte sic vtrunc; affici. Satis autem esse
siquis vel per vnam incidentem voluptatem suauiter afficiatur: pru-
dentiam quidem bonum esse asserunt: non autem propter se ipsam
appetendam: sed eorum gratia que nobis ex illa proueniunt amicū
necessitatis causa amplectendum. Nam & corporis partes q; diu ad
sunt adamari virtutes quasdam virtutis & cōmunes esse corporis
exercitationem conferre ad virtutē capessendam. Sapientē nunq; in
uidia tentandū: neq; cupiditati: neq; superstitioni nunq; cesserum.
Ista enim ex inani opinione cōtingere: mōtu tamen & dolore pul-
sandū. Id quippe naturaliter fieri: diuitias præterea voluptates effi-
cere. neq; per se appetendas perturbationes itē cōprehendi posse
dicebant. nō autē etiā ex quibus fiunt. Naturaliū rerū inquisitionē
omittebant q; cōpræhendi non posse manifeste colligerent. Logi-
cē propter summū eius usum attingebat. Enim uero meleagri sen-
tentia est in secundo de opinionibus & Clitomachi in primo de se-
tis eos & physicam & dialecticam & que aspernari posse. n. & apte
dicere. ac extra superstitionē esse. mortisq; metū effugere. qui ratio
nē honorū malorūq; didicerit. Nihilq; natura iustū esse aut hone-
stū vel turpe. sed cōsuetudine ac lege. Vir tamē bonus nihil agit ne
quiter ob iminētia dāna. opinionesq; infaustas evitandas. esse autē
sapientē ppositū eis ad pfectū q; vel in philosophia vel in cæteris
bonis & honestatis artib; nō satis puerūt. Atūt & dolore affici a
liū alio magis: sensusq; nō semp̄ vera renūciare. Verū enim hi q; di-
cuntur hegesiaci candē sane de voluptate ac dolore seruare sentē-
tiā. præterea neq; gratiā esse aliquid: neq; beneficentia: q; ista nō p
se ipsa appetamus: sed usus ac necessitatis grā: ac propter eos qui s̄
sint: illa nec subsistere quidē: esse autem impossibile accumulate con-
tingere beatā vitā Corpus qppe morbis multis passionibusq; obsi-
deri: aīam vero corpori compati & vna turbari. cōplura item quæ
speremus a fortuna impediri: propter ista igitur atq; huiusmodi be-
atā vitā non posse substinet. Vitā preter ea ac mortē aligendā: na-
tura itē suave atq; insuave nihil opinabantur: cæterū ppter rese vel
ratiatē vel nouitatē vel societatē lētari alios: alios ang: diuitias
vel paupertatē nihil ad voluptatis valere rationem: neq; n. aliter ea
voluptate diuites q; pauperes affici: Seruitutē æq; atq; libertatē no-
bilitatē atq; ignobilitatem gloriā vel ignominia nihil differre ad
voluptatis modū: atq; insipieti quidē expedire si vivat. Id vero sa-
piētēm sui ipsius grā cūcta facturū. Alium
quippe neminē æq; ac se dignū arbitrari: quā libet. n. ingentia vide-
atur ab eo consecutus: non tamen eorū quæ ipse præstiterit merita

Hegesia-
ci opinio

sequare. Tollebat & sensus: ut qui certā non inferent motionē qui irrationabiliter agere cūcta viderentur: eorū peccata veniā dicebāt pīneri: neq; enim spōte peccare, sed aliqua pturbatione coactos. Non odio quēq; habiturū, sed potius eruditurū Sapientē nō adeo in honorū electionē inhaesurū vt in malorū fuga finē cōstituendo: vt neq; in labore: neq; in dolore vivatur. Id q̄ppe illis esse partū qui circa efficientia voluptatū neutrā in partē inclinatiores sunt. Porro annicnii in cæteris ab istis non dissentiūt. Relinquūt autē amicitiā in vita, & gratiā, honorēq; aduersus parentes & pro patria præclaztū aliqd facinus. Quocirca quāuis molestias sapiens ac negocia subeat, nihilominus beate victurū & si minimū voluptatis illi suppetierit. Amiciq; felicitatē non per se appetendā: neq; enim pxiim pa-
tete sensui. neq; enim satis esse in arationem momēti: vt confidere possimus: & multorū opinione cessiores euadere oportere: deniū bene cōsuecere propter inolitā & insitā nobis affectionē vitiosam amicū non propter vsum: ac necessitatē solūmodo suscipiendum quæ profecto si desinit non erit ille aduersandus: verū etiam ppter insitam beniuolentiā: cuius gratia dolores quoq; esse subeundos q̄ uis. n. finem in voluptate constituant: angāturq; si illa priuari con-
tingat: sponte tamen sustinendos dolores volūt pro summo in ami-
cum studio affectuq; singulari.

Theodori.

Qui autē Theodorii sunt appellati a Theodoro quē p̄ae
diximus traxere cognomē: eiusq; decretis vñ sunt. Por-
ro Theodor⁹ ipse omnes de diis opiniones sustulit. De
nīq; librū ipsius de diis inscriptū offendimus nō conte-
nendū: ex quo & Epicurū complura sumplisse asserunt.
Audiuit autē anniceridē Dionysiūq; dialecticū: vt ait Antisthenes
in philosophorū successionibus. Finē opinatus est gaudiū & moe-
rō. Alterū cōstare prudentia: alterū vero imprudentia: bona esse
prudētiā atq; iusticiā: mala vero cōtrarios habitus: media volunta-
tē & dolorē. Sustulit & amicitiā q̄ ea neq; insipiētib⁹ adsit: neq; sa-
piētib⁹: i illis. n. sublato vñ amicitiā quoq; euanscere. Sapiētes ve-
ro cū sibi ipsis sufficiāt amicis nō indigere p̄bable dicebat pruden-
tē virū nō seipm p̄ patria periculis exponere: neq;. n. p̄ insipiētū cō-
modis amittēdā eē prudētiā: esse q̄i patriā mūdū: furto quoq; &
adulterio & sacrilegio cū tēpestiū erit daturū mun⁹ sapientē. Nihil
quippe horū turpe natura esse: sed auferatur de hisce vulgaris op-
nio: quæ & sultorum imperitorumq; plebecula conflata est: sapien-
tem publicā absque vlo depr̄hēsionis rubore scortis congressu-
rum Agebatque istiusmodi argutiis: nonne mulier litteris instructa

Theodo-
rii vñ di-
cti sunt.

Finis sū-
mū secū-
dū Theo-
dorū.

LIBER

Captiu-
e theo.

Quare
theo. sit
deus ap-
pellatus.

Dionisii
semele ex
pulit pro
uerbum
Theodo
xi.

Carbo-
nes tem-
plo ephe-
sino sup-
positi.

vtilis erit: quia litterata est: assentiebatur: & puer itidē & adolescēs vtilis erit: quia litteraturā callet: Ita sane: & mulier igitur vtilis est quia pulchra erit. Et puer & adolescens vtilis profecto erit quia formosus est. Concedebar. Et puer igitur & adolescēs pulcher & ad hoc erit profecto vtilis ad quod formosus natus est. Assentiebatur: est autē vtilis ut ei congregiamur. Quibus concessis inferebat. Si quis ita vtatur eiusmodi congregacione: quādō id vtile est non peccabit. Nequādō igitur si vtatur pulchritudine dū id vtile est peccat. His igitur atq; huusmodi interrogatiūculis auditores capiebat. Videtur autē iecirco appellatus deus: q; cū illū stilo percontatus esset: putas ne theodore te id esse quod diceris? atq; ille fateretur. Deus ergo inquit es: id cū ille gratace accepisset. Subridens ait atqui. O fatue ea rōne & cornicē te esse fatereris. & alia huusmodi innumera. Cū assideret aliquādō Theodorus Euryclidī hierophante. Dic mihi ait Eutichides qui nam sunt qui circa mysteria impīj sunt: cū respondisset ille: eos eiusce criminis reos teneri: qui ea nec dū initiatīs aperirent: & tu ergo inquit impius es: qui ista nondū initiatīs pandis. Parū autē absfuit: quin periclitaretur ille abduci in aurium pagū nisi eū Demetrius phalereus etuisset. Ambicrates vero in libro de viris illustrib; ait illū damnatū venenūq; bibisse. Cū vero apud Ptolemæum lagifiliū moraretur. Legatus aliquādō ad Lysimachū ab illo mihius est: magna vero fiducia vtenti ait Lysimachus: Dic mihi Theodore nō ne tu athenis excidisti! Et ille inquit. Nam me atheniensiū cū itas ferre non valens: non secus ac semele Dionysiū expulit: rursus dicēti Lysimacho. Cauc ne vtterius ad nos proficisciare. non inquit revertar nisi me mittat Ptolæmeus: aderat mythrus Lysimachi dispēsator: is cū diceret videris nō solū deos verum & reges ignorare: quo pacto illos ignoro: quādō quidē te diis inimicū puto: fertur cū aliquādō corinthū veni set: magna discipulog; turba comitatus: & metrocles cinicus scandicas silvestre olus ablueens ei diceret: at O Sophista nequaq; multis discipulis egere si olera dilueres: dixisse & tu si cū hominibus conuersari didicisses: profecto istis oleribus nō vtterere. Simile quiddā: vt suo loco diximus de Diogene & aristip;po memoratur: huusmodi Theodori fuisse vitā: ac doctrinā comp̄erimus. Demū vero Cyrenem profectus apud Mariū cum grandi honore diutius yxit: vbi cū primū eiceretur: nō illepidū quiddam dixisse fertur. Male inquit facitis viri Cyrenaici: qui me ex lybia in greciā exūtem agitis. Fuerunt autem Theodori. xx. Primus Samius Rhœci filius qui consuluit Carbones fundamentis Ephelini tēpli subiici. Nā cū humidus esset locus carbones ait omissa ligni natura soliditatē accepisse humorū inviolabilem. Secundus Cyrenaicus

geometra: cuius & Plato auditor fuit. Tertius hic ipse philosophus Quartus cuius ferē libellus de vocis exercitatione. Quintus q̄ de legillatoribus scripsit: a Terpādro initiū sumēs. Sextus Stoicus. Septimus qui Romanas res cōscripsit. Octauus Syracusanus qui de re militari scripsit. Nonus Bizātius in causis ciuilib⁹ clarus. Decimus similiter cuius & Aristoteles in oratorū epitomie mētionē facit. Undecimus Thebanus sculptor. Duodecimus pictor: cuius & Polemō meminit. Tertius decimus atheniensis pictor de quo Menodotus scribit. Quartus decimus Ephesius pictor cuius Theophanes in libro de pictura meminit. Quintus decimus epigrāmatū poeta. Sextus decimus diu de poetis scripsit. Septimus decimus medic⁹ athei discipulus. Octauus decimus Chius philosophus Stoicus. Nonus decimus Milesius & ipse philosophus Stoicus. Vicesimus tragediarum scriptor.

Phædon.

Phaedon eliensis nobili ex familia cū patria vna cōpræhenſus coactus est ita cellulā infami se quēstui addicere. Adiecto tñ ostiolo Socratis cōtubernio magistroq̄ fruebā quoad ipm alcibiades seu Crito Socrate monete redimeret: ex eo iā liberaliter philosophabatur: hunc Hieronymus in libro de assensu retinēdo seruū fuisse asseuerat. Scripsit autē dialogos de qbus nihil dubitabat. zopyrū & Simonē: De nitia cōtroueria est. Medū quē æschinīs esse plæriq̄ tradūt: aliive ro polymeni: anthimachium sive senes & de hoc ambigit. Scytiros sermones etiā qdā æschinīs esse asseuerat. Successor autē eius fuit Plastanus eliensis: & ab eo tertius menedæmus hereticus: Asclepiades Phliasius a Stilpone diriuātes atq; ad hos vsq; eliaci sunt appellati: a menedæmo autē eretriaci de quo postea dicemus: iccirco q & ipse sectæ princeps: atq; auctor fuit.

Euclides.

Euclides megaris oppido: quod Isthmo adiacet siue iuxta quod dā gelous: vt in successionibus tradit alexāder: parmenidis libroruū imprimis studiosus fuit: ab eo megarici denominati sunt: qui postea eristici postremo dialectici sunt scilicet quos ita prius Dionysius Carthaginensis iccirco appellauit: q̄ interrogando ac respōdēdo sermones libros q̄ cōponerent. ad huc ait Hermodorus post Socratis mortē venisse Platonē: ac philosophos reliquos metu atrocitatis tyranno-ru cōpulso: hic bonū esse vnu definit multis nominibus celebre: aliquādo. n. hoc dici prudentiā: quādo q̄ deū: alias mentē appellati: & huiusmodi cætra. Quae bono aduersa viderētur susluit: eane-

Liber

esse quidē dicēs: vtebaturq; p̄bationib;: non his quæ per assump-
tiones sed quæ per cōclusiones fiunt. Disputationē itē quæ fit per
similitudinē sustulit: dicēs illā sane aut ex similibus cōsistere aut ex
dissimilibus: & si ex similibus cōsistit: circa ipsa potius q̄ quibus
sunt similia versari rationē debere. Sin aut ex dissimilibus super
uacaneam esse cōparationem: iccirco igitur & Timon illū vna cum
cæteris Socratis mordet nullius sibi horū curā esse dicēs nō phe-
donis: nō alterius cuiuspiā: necq; Euclidis qui megarensibus cōten-
tionis rabiē inuerxit. Dialogos autē conscripsit sex lāpriam: æschia-
nem: phœnicē: chritonē: alcibiadē: amatorium. Porro ex Euclidis
successione est & eubulides milesius: q̄ plurimos in dialectica mo-
dos: rationesq; interrogādi tradidit mentientem s. & diletescentē
& electrā & inuolutū & soritē & corneā caluum & istum non defuit
ex comicis qui carperet.

Eubulides contumeliosus corneam

Interrogans falsis inanibus verbis.

Inter & rhetores recessit hic veſans:

Demosthenis rhoiſtomilithram habens:

Videtur Demosthenes hunc audiuisse: & cū p. litterā p̄ ouūciare vir
posset emēdasse iugi exercitatio. Necq; itē obscurū est eubulidē ad-
uersus Aristotelē inimico animo fuisse: eūq; in plurimis reprehē-
dile: inter cæteros vero qui ex eubulidis ludo manauerant. Alexi-
nus eliensis fuit vir acer & cōtentioñis viribus ac neruis clarus: vn-
de & elēxitus cognominatus est: maxime autē zenoni ifestus erat.
Hunc ait Hermippus ex elide in olympū profectum vbiq; philoso-
phatū. Discipulis aut rogantib; cur illic moraretur dixisse: velle se-
ctā insituere: quā olympiacā vocatū iri. Illos vero cum rerū omniū
penuria: & præterea in salubrī loco affligerētur ab eo recessisse: iāq;
alexinū solū ac desertū uno tantū famulo comite ibi remoratū: po-
stea dum nataret in alpheo flumine arundinis acumine punctūvita
excessisse. & est in ipsum nostrū epigrāma ita se habens.

Non erat igitur inanis illa fabula.

Miser pedem quidam natans q̄ transfixit.

Clauso grauis. n. vir anaalplicum

Fixus calamo obiit alexinus transiens

Scriptis nō solū aduersum zenonē verū & alios cōplures libros &
ad ephorū historiū. Ex eubulidis disciplina & euphātūs fuit olym-
pius qui tēporis sui cōscripsit historiā. Scriptis & tragœdias pluri-
mas quibus in certaminibus maxime p̄batus fuit: & præceptor An-
tigoni regis ad quem etiā librū de regno scriptis perutilem atq; lau-
datissimum: yitam vero senectute finivit: fuerunt & alii complures

Olympia
caſecta

E uclidis
mors nō
vulgaris.

auditores eubulidis: inter quos & appollonius cronus & diodorus
amenii filius iaceus & ipse cognominatus: cronus de quo & callima-
chus in epigrammatibus in hunc sensum loquitur: Ipse hic parie-
tes ita scribebat: Cronus est sapiens: erat & iste dialecticus. primus
que inuenisse: a quibusdam existimatus est inuolutum & cornu dila-
serendi genus. Hic apud Ptolomaeum Soterein commorans cum a
slipone sermones quosdam dialecticos interrogatus ex templo ne
quiuisset exolucre: a rege increpitus cornusque in iurgio vocatus
coniuium deseruit: egressusque librum de ea propositione conscri-
psit: vitamque moerore finiuit. est in ipsum nostrum epigramma in
hunc modum.

Crone diodore quis dolore dæmonum.

Te corripuit in tartaruū vt te eleceris.

Stilponis haud soluens enigmatis versus:

Cronus es repertus extra p. & k. certe.

Fluxit & ab Euclide Ichyas metalli filius vir illustris: ad quem dio-
genes Cynicus dialogum scripsit. Climachus item thurius qui pri-
mus de proloquii & prædicamentis & cæteris huiusmodi scripsit
& Stilpo megarensis clarissimus philosophus de quo nunc dicen-
dum est.

Stilpo megarensis:

STILPO megarensis eius oppidi quod in græcia est: audi-
uit quosdam ex Euclidis familiâ. Alii ipsius Euclidis
auditorem tradunt. Trasimachi etiam Corinthii illius
qui ichyæ familiaris erat: vt ait Heraclides. In tantum
vero & inuentione & eloquentia & sapientia præcessit
alios: vt parū absuerit qn omnis græcia in illū intēta in Megara trā-
fisse diceat. De eo Philippus megaticus ita ferme rectulit a Theophrasto
quidē metrodorus illū speculationis studiosum & timago
rā geloū auilis. Ab Aristotele aut̄ Cyrenaico clitarchū & simmias.
Porro a dialecticis peonium quidē ab Aristidæ. Diphilū autē Bo-
sporianū euphanti & myrmecem exæneti filiū qui ad se arguēdum
venerant vtrōq; sui studiosos habuit. Præter hos itaq; phrasidemū
peripateticū physicūq; peritissimum ad se adtraxit: ascimūq; orato-
rem omnium qui in græcia tum florebant in arte oratoria eminen-
tissimum. Cratem qui insuper & cōplures alios in sua retia induxit:
phœnicēq; zenonem in suū adiutoriū subductum aliis cum cæto-
ris admisit. Erat præterea maxime ciuilis: ac præter vxorem quam
duxerat: nicarete etiā pellice ytebatur. vt honetor ait filiamq; parū
pudicam genuit: quam duxit Simmias Syracusanus necessarius su-
us. Hæc dum lascivius viueret. Stilponiq; a quodam renunciatum.

Cron' re-
ptus sine
k & p. ig-
nauis &
deses re-
ptus est i-
opoσ: ali-
nus Inde-
onager a
sin' silue-
ster. Vel
es cron'
extra k.
& p. i. vt
aiut as-
n°: sed ea
de ferme
ē exposi-
tio onos
nāq; di-
eūt oc-
nos eē. i.
pigros..

LIBER

esset eā sibi probro esse: nō ingt ista maiori mihi pbro est: q̄ ego illi
ornamento. suscepit hunc honorifice & aiunt: & Ptolemaeus Soter
cum megara ipsius vrbē victor obtinuisset: ac tradita sibi pecunia
oraret: vt in ægyptū secū nauigaret. Tū ille pecuniæ modicum su-
Stilponis scepsit eā profecionem renuēs in æginā cōtēdit: quoad ille remea
cōtinētia ret. Demetrius quoq; antigeni filius: cū cāpisset megara domum
illi reseruari cūctāq; direpta substantiā restitui curauit. Vbi cum ea
quę amiserat vt i scriptis sibi traderet moneret: nihil ille suum se p
didisse respondit: quippe doctrinam & eruditionem sibi ademissę
neminē: reliquāq; sibi esse & eloquētiā & disciplinā: atq; illū er-
ga mortales beneficētia admonuit tāta orationis vi: vt rex illi⁹ itā
studiosus prorsus auditor fieret. Atū illū ita quēdā de phidię mi-
nerua cōpellasse. Nū inquit minerua Iouis filia deus est: cū vero an-
nūisset ille dixisse: at ista nō iouis sed phidię est cōcedebat. Nō er-
go ingt ipsa dea est. Qua ex re cū in aurū pagū ptractus fuisset: ni-
bil inficiatū referūt: imo recte se locutū asseruisse. Nō n. deū eē: sed
deā: deos quippe mares esse. Areopagitas tñ nihil placatiores fa-
ctos iussisse cōtinuo ipm vrbē excedere: quo etiā tpe Theodorez co-
gnomēto deū iurgio dixisse. Vnde hoc nouerat Stilpo. Nū amo-
ta palla ipsius inspexerat: erat iste profecto audacissimus: verum
Stilpo vir compositissimus & maxime facetus. Deniq; cum rogal-
set illū crates an dīi precationib⁹: ac diuinis honorib⁹ gaudēat. No-
li me inquit o fatue in via de lūisce rogare sed solū rogare: ac seorsū
hoc ipm & Bionē interrogatū an sint dīi dixisse tradūt: ne turbā a
me auertas execrabilis senex! Fuit Stilponi ingenii simplex: neq;
vlla simulatione fucatū ita vt iperite quoq; cōcioni se accōmodare
nullo negotio posset Crate deniq; Cynico semel ad id qđ fuerat in
terrogatus nō respōdēte: sed crepitū vētris emittēte sciebā inquit
te oia potius q̄ que deceret locuturū. Caricā illi aliquādo interro-
bus quid agat summatim exponendum est. Duplicem esse philosophiae rationem: alteram versari circa actus: appellariq; practicē. alteram in intelligentia & speculatione consistere: & theoreticē dicitur. Ad actionē pertinere ethice & politicē: qua in parte tū de publicatum de familiariter agi. Ad intelligētiā physicem logicenq; referri Porro logicē instrumentum esse exactissimum eius cum geminā destinationem propositūq; subiecisset: verisimile s. ac verū ad ytrāq; durum maxime rerum viribus ntitur. Nāq; ad verissimile seu probabile oratoria & dialectica. Ad verum autē analytica & philosophia usus est: nihil omnino omittentes eog; quæ vel ad inventionem vel ad iudicium vel etiā ad usum pertinerent. Enī muero ad inuentio- nis adminicula atq; ad eas res quæ speculationi & arti insertiū p= positionū multiū iudinem tradidit: ex quibus questionis probabilitū ephicherematum elicere affatim licet. Porro ad iudicandum analyt̄a priora & posteriora conscripsit prioribus assumptionū iudicia permittens posterioribus collectionis examē tradens. Cæterum ad iudicandum ea quæ sub certamen cadunt: quæq; in interrogatione versantur: & contentionē sophistariorum argumentoꝝ: atq; syllogis- mis atq; his similibus. Veritatis vero iudicium earū quidem quæ secundū phantasiam sunt actionū sensum diffiniuit. Moralium vero ybi de republica ac domestica ybi de legibus agitur mentem. Finē autē yñū exposuit virtutis usum in vita perfecta. Fœlicitatē ait plenitudinē ex tribus maxime bonis cōstantē: eis s. quæ in animo sunt quæ & priora viribus appellat: eis quæ ad corpus attinent: vt sunt bona valetudo: fortitudo: pulchritudo: ceteraq; his similia secūdo in loco habitis: atq; his quæ extrinsecus veniūt diuitiis. s. nobilitate & claritudine atq; in hunc modum cæteris quibus tertium locum assignauit. Virtutē ad beatam vitā sibi minime sufficere dixit: quippe corporalibus bonis exterioribusq; indigere: miserum atq; infeli- cem fore sapientē siue doloribus afficiatur: siue inopia: & cæteris hu- iusmodi incōmodis prematur. Vitū autē ad miseriā atq; infelicitatē sufficere quālibet corporis affluat bonis. Virtutes ait non se inuicē sequi: fieri. n. posse vt prudens quispiā ac iustus idēq; intēpe- rans atq; incōtinens sit. Sapientē quidem non perturbationibus penitus vacare verū perturbari modice dixit. Amicitiā æquitatē esse diffiniuit reciprocæ beniulētiæ. eius tres species esse tradidit. Esse quippe aliam cognitionis amatoriā aliam: tertiāq; hospitalē. Amorem non modo congressionis verum & philosophiæ esse: amaturū quoq; sapientem: atq; accessurum ad remp. ducturūq; vxorem & cū rege una victurū: tribusq; generibus vitae cōstitutis: primo quod in speculatione: sequēti qd in actu: & tertio qd in voluptate consistit.

Duplex
phiera-
tio.

Virt⁹ ad
beatā vi-
tā nō suſ
ficit.

LIBER

Speculatum genus semper prætulit. Liberales disciplinas ad apprehensionem virtutis multum conferre sensit. In descriptione rerum naturalium præter cæteros rationem maxime secutus est; adeo ut minimarum quarūq; rerum reddiderit causas: vnde & naturaliū commentariorum cumplura scripsit volumina. Deum sicut & Plato incorporalem diffiniuit: eiusq; prouidentiam ad cælestia vñq; pertingere: ipsum vero immobilem esse. Porro terrena omnia ad cælestium congruentiam ordinemq; disponit. Præter elementa ista quatuor esse & quintū aliud: ex quo cælestia cōsistant: eiusq; motū quippe orbicularem esse varium. Animam item incorpoream: primamq; esse entelechiam. Corporis nempe naturalis & organici potentia vitam habentis. Est autem ea iuxta illū duplex. Entelechiam vero appellat cuius sit species quædam incorporea. Altera ex his quidē secundum potentiam: vt est Mercurius in cæra informis quidē sed idoneus ad percipienda linea menta: sicut item in aere statua. Secundū vero habitum entelechia dicitur cōsummatae ac perfectæ Mercurii statuæ. Naturalis autē corporis dixit: nam sunt corpora alia quidē manu & arte elaborata: vt sunt q; ab artificibus fiunt: puta turris atq; nauis. Alia vero sicut a natura prodeunt vt arbores: & animalium corpora. Porro organici dixit: hoc est ad aliquid pati & conditi: vt est ad videndū oculus: aurisq; ad audiendū. Virtute autē vitam habētis utputa in seipso. Virtute autē vel potentia minus est secundum actionem. Secundū actionem autē vt vigilans habere animā dicitur. Secundū habitū autem vt dormiens. Ut igitur & hic intel ligatur adiecit potentia plurima & alia de plurimis in hunc modū philosophatus est: quæ per longū esset numerare. Cunctis n. in rebus summo studio atq; industria fuit: inuentionisq; incredibili copia viguit: vt ex his quæ supra annotauimus ipsius voluminibus cōstat: quæ ad quadringtonorū numerū fere perueniunt: de quibus s. nihil ambigitur. Nā sunt & alia cōplura quæ ipsius inscribitur volumina atq; sententiæ. Verū n. octo fuere Aristoteles. Primus hic ipse. Secundus q; atheistus repū: administravit cuius etiā iudiciales legūtur plenæ gratia & elegātia orationes. Tertius qui in iliadē Homerī scripsit. Quartus si culus orator q; ad panegyricū Isocratū rescriptit. Quintus q; cognominatus est Mythus Aeschinīs locutio necessarius. Sextus cyrenicus qui de poetica scripsit. Septimus pedotribus cuius meminit Aristoxenus in Platonis vita. Octavius grāmaticus obscurus & ignobilis: cuius de pleonasmo ars legitur. Huius autē stagiritæ philosophi complures quidem fuere discipuli. Sed omnibus maxime excelluit Theophrastus: de quo modo dicendum est.

Theophrastus eretius.

Quintū
elemētū.

Entele-
chia.

que eis maxime videbitur: nihil superfluum circa funus tumulue faciendo. Ut autem dictum est post ea quae circa nos contigerint: cum fanum & monumentum & hortum & ambulatorium reparata & refecta erunt: una & Pompilum hunc qui illu habitat ea curare volo: aliarum rerum quam prius cura habere illiusq; cōmodis prospicere qui ista habent. Pōpilo autē threptae dudu liberis qui magno nobis usui fuerunt: si quid antea a nobis praestiti est: & quaeq; illi acquiescunt: & quae nunc illis ab Hipparco dari cōstitui dragmas duo milia tuto ac firmiter haec illis possidenda censeo: sicut & ipsis Melantio & Pancréonti s̄æpius dixi: cunctaq; milii annuerunt. Do autē illis & somatalem & ancillam: ex pueris autē Molonem quidē & Cimonem & parineontē iam nunc liberos dimitto: Manē vero & Caliam cū annos quattuor in horto perseverauerint cooperantes: & sine peccato inuenti fuerint: liberos dimitti iubeo. Domesticæ vero suppellectilis cum pompilio q̄tum usum fuerit auctoribus sufficere datum fuerit: quod reliquum erit venire. Demotimo cariona do: donacemq; neleo. Euboum venundari placet: Dabit autem Hipparchus Callino dragmas tria milia. Melanti vero & Pancréonti nisi Hipparchum intueremur & antea nobis fuisse perutilem: & nunc insuis rebus magnum pertulisse naufragium: mandaremus profecto ea cum Melanto & Pancréonte pergere. Quoniam vero non illi facile fore animaduerti cum illisyna exequi, commodiusq; illis esse arbitratus sum: si quid ab Hipparco constitutum acceperint: Dabit autem Hipparchus Melanto & Pancréonti utriq; talentum: daturus & curatoribus ad ea que in testamento scripta sunt perficienda sumptus necessarios suis quoq; temporibus. Quae cum impleuerit omnia absolutus erit ac liber a debito omni & omnibus quae contraxerat mecum instrumentis q; si quid meo nomine Hipparcho inchalcide prouenit emolumenti. hoc totum eius erit. Curatores autem earum rerum quae testamento inscriptæ sunt: hi erunt. Hipparchus Neleus Strato Callinus Demotimus Calistenes Ctesarchus. Porro testamenti exemplaria Theophrasti annulo signata apud Begeiam condita sunt. Hipparchi testes Calippus Pellaneus Philomelus Euonymeus Lyfander Hybaeus Philon Alopenis. Testamentū alterū accepit Olympiodorus: Testes idem fuere. Alterū accepit Adimantus. Tuit autem Androsthenes filius. Testes Aimnestus cleobuli filius Lystratus Phidonis Thasius Strato Arcesilai lampaceus. Thesippus thesippi a figulis. Diascorides Dionysii epitaphius. Hæc series testatorum illius fuit. Sunt qui dicāt Erasistrū medicum huius fuisse auditorem: & fortasse, verū est. Successit autem illius Scholæ Stratoni.

Strato.

Strato lampasetus.

Strato-
nis opa.

Trato Arcesilai filius lampasenus cuius in testamento mentionē facit Theophrastus: vir eloquentissimus fuit. Physicus aut idcirco appellatus est q̄ in ea speculatio ne præceteris diligentissime versatus fit. Fuit aut & p̄ ceptor ptolomæi philadelphi: a quo talētis. lxxx. dona tū aūt. Enim uero scholā regere incepit vt Appollodorus in chro niciis refert Olympiade. cxxiii. cāq̄ años duos de viginti tenuit. Fe runtur eius de regno libri tres: de iustitia tres: de bono tres: de diis tres: de magistratib⁹ tres sive duos: de vītis vnū: de felicitate vnū: de regia philosophia: de fortitudine: de inani: de cælo: de spiritu: de natura hūana: de generatione aialib⁹: de cōcubitu: de somno: de i somniis: de visu: de sensu: de voluptate: de colorib⁹: de morbis: de iudicis: de virib⁹: de metallicis machinis: de fame: de obtērati onib⁹: de leui & graui: de afflatione: de tēpore: de cibo & incremēto: de aialibus: de qbus dubitat: de fabulosis aialibus: de causis: ambi guorū solutio loco & p̄incipia: de accidēti: de termino vel diffiniti one. Quid sit magis & minus: de iniusto: de priore & posteriore. In uentorū elenchi duo: de cōmētariis ambigit: epistolę quarū est inti mū Strato Atsinoe salutē. cccl. Hūc aūt adeo fuisse tenuē: vt sine sensu moreretur. In quem hoc scripsimus epigramma.

Corpus erat tenuis si non oracula fuissent:

Stratonem dico genuit quem lampasetus olim:

Semper & in morbos cum decertaret inertes

Mortuus est latitans: mortem nec sensit acerbam.

Fuerūt aut Stratones octo. Primus Isocratis auditor. Secūdus hic ipse. Tertius medicus Erasistrati discipulus: sive vt quidā aūt alūnus. Quartus historicus Philippi & persei q aduersus romanos pu gnauerūt gestorū scriptor. Sextus poeta epigrāmatū. Septimus antiquus medicus: vt ait Aristoteles. Octauus peripateticus q vixit ale xandriæ Porro physici istius ferūt testamēta in hūc modū. Ista si quid patiar dispono. Ea qddē q domui sunt Lampyrtioni & arcesilaio relinquō oīa. Porro ex pecunia quā atheniis habeo: primū quidē curatores iusta & q post funus fieri solēne ē diligēter curabūt: nihil neq̄ superflue neq̄ in liberaliter agētes. Erunt aut testamēti curato res. Olimpic⁹. Aristides. Mnesigenes. Hippocrates. Epicrates. Gor gylus. Diocles. Lycō Athanēs. Scholā qdē Lyconi relinquō. Nāq̄ alii sunt vel seniores vel occupati. Recte aut faciēt religi si hoc ipm suo iudicio firmauerint. Libros illi oīs preterq̄ quos ipsi scripsim⁹ relinquō: vasā etiā oīa cōuītū stramētaq̄ & calices. Dent autē Ep erati curatores dragmas & quingentas & vnum ex pueris quēcūq̄

Strato-
nis testa-
mentum.

Arcesilaus iudicabit. Primum quod Hiraeo Daippus statui: nihilque debeat neque Lapyrioni neque Lapyri onis haeredib[us]. Sed liber sit ab oī chirographo Dētq[ue] sibi curatores dragmas quingētas: & ex pueris vñū quēcūq[ue] pbarit Arcesilaus: ut is q[uod] nobiscū multū laborauit: magnoq[ue] nobis vñui fuit: habeat vñū vi uere honeste posuit. Diophantū p[ro]terea dimitto liberū & Diocle & abū. Simā autem Arcesilao reddo: Sed & Dromonē liberū relinquo. Vbi vero Arcesilaus adiunxit cōputet Hiraeus cū Olympico & epistrate cæterisq[ue] curatorib[us] funeris aliorūq[ue] solēniū sumptus. Quod autem pecuniae reliquū erit: accipiat Arcesilaus ab Olympico nihil ei molestus existēs p[ro] tempora & annos. Tollat autem & p[ro]acta Arcesilaus q[uod] cō posuit Strato cū Olympico: & aīa cōdita penes Philocratē Tilame ni filiū. Monumentū vero faciat: ut videbitur Arcesilao & Olympico & Lyconi. Atq[ue] hic quidēt fert testamēti illius textus fuit: sicut ipm collegit Aristolplus necessarius. Ceterū Strato ipse sicut & supra declaratū est: vir insignis & maxime amplectendus fuit in omni orationis genere versatus: sed phisicæ maxime studiis excellens: quod genus & antiquius est & multorum præclaræ ingenia exercevit. Succeſſit h[oc] Lycon.

Lycon troadensis.

Glycon Astyanactis filius troadensis vir eloquens educandis instituendisq[ue] pueris maxime idoneus fuit. Aiebat enim adiungi necessario pueris pudorem & laudis studiū velut equis calcar atq[ue] frenū. Porro ipsius locutio & interpretationis copia hinc appetet. ait.n. i virginē pau perē hoc mō. Graue onus est patri puella p[re]dotis inopia excurrēs in flore ætatis. Vnde & antigenū de illo hoc dixisse ferūt: possibile nō esse suaveolentia malū atq[ue] gratiam aliorum trāfferri: sed in ipso homine veluti in arbore singula qua[re] dicerentur oportere inspici. Cæterum quia in dicendo erat suauissimus: iccirco quidam etiam ipsius nomini gamina litteram adiiciebant: ut esset Glycon: quod dulcedinem sonat. Porro in describendo dissimilis erat sibi. In hos vero qui quoniā dum tempus esset nō didicerant poenitentia macerabantur idque reuocare cupiebant: in hunc modum iocabatur. Dicebat itaque quærentes: poenitentiamque vanam ostendentes voto impossibili se ipsos arguere. Qui autem yellent: metito aiebat excidisse ratione: veluti distorta regula naturam recti exanimantes: seu faciem perturbata aqua vel speculo peruerso: & ad forensem quidem coronam complures proficisci: verum ad olympiacam aut paucos aut neminem. Sæpe armeniisibus consulens: magno illis emolumento fuit. Erat vero mūdissimus habitu adeo

Lyconis
dictū de
pueris.

γλυκες
κυσ
γλυκες
ποστ
δυλ
εις εστ

LIBER

ut vestiu incedibili mollicie ac nitoris vteret: vt Hermippus refert: sed exercitatissimus ac robusto corpe effectus est: oēmōz athletarū habitū præferebat cū auctore Antigono carystio antea fractiori & graciliiori esset corpe. Quocirea & i patria luctat⁹ ferit more patrio atq; pile ludo exerceuisse. Frat autē Attalo & Eumeni i primis carus atq; iter paucos amicissimus: q & illū s̄pē numero regia magnificētia donabant. Tētauit & Antiochus illū habere apud se sed spe sua destitutus est. Adeo aut̄ inimicus erat Hieronymo pipatetico: vt solus anniversario die ad illū nū pficietur: de quo in Arcesilai vita dixim⁹. Porro scholæ principatū tenuit annos. xlivii. Cū illū sibi successorē in testamēto. Strato reliquisset: olympiade. cxvii. Pantheodi quoq; dialectici auditor fuit. Obiit aut̄ annos natus lxxviii. fessus podagræ morbo: In quem nostrū est epigrāma.

Prætereunda mīhi non sunt & fata Lyconis:

Fecerat infirmum quem valetudo pedis.

Nang⁹ pede alterius semper cum nixus adiret:

Tam longum miror nocte volasse viam.

Fuerunt & alii Lycones primus pythagoricus. Secundus hic ipse. Tertius versificator. Quartus epigrāmatum poeta. hui⁹ quoq; philosophi testamentū huiusc reperimus. Ista equidē dispono de reb⁹ meis. Siquidē hūc morbū ferre nequiero: ea quidē que domi sunt omnia Astyanacti & Lyconi fratrib⁹ do: atq; ex his opportune red̄ dēdū censeo: quæq; athenis possedi a quo quis sumpta siue exacta & quæq; in funere cæterisq; solēnibus impensa fuerint. Quæ vero in vrbe & ægina habeo: Lyconi precipue do: q; is nomē ferat nostrum mecumq; diutissime atq; gratissime sit cōmoratus sicut dignum erat: quippe qui filii tenebat locum. Porro peripatū amicis ac necessariis linquo Bulloni Callino Aristoni Amphioni Lyconi Pithomi Atestomacho Heraclio Lycomedi Lyconi fratueri. Præficiant autem ipsi quemētūq; permansurū in schola maximeq; utilem futurū existi mauerint: eis vero consentiant & reliqui familiares: & mei & loci gratia. Cæterū funus & adustio cure erit Buloni & Callino & amicis cæteris: vti ne illiberalis neu superflua sit. Eas vero quæ mīhi erant in ægina partes post discessum meū diuidat Lycon adulescentibus in vsum olei vt ex eo & mei & eius qui me honorauerit congrua memoria sit: statuāq; nostrā locet eo lōco ubi conuenienter stare eam perspexit. Cooperetur vna aut̄ & Diophantus & Heraclides Demetrii filius. Ex his aut̄ quæ in vrbe sunt: reddat Lycō omnibus quā prædixi presens post ipsius discessum: sequantur aut̄ Bulon & Callinus: & quæcūq; in funere ac solēnibus cæteris impensa fuerint Tollatq; ea ex his rebus domesticis quæ ambobus cōmuniter a me

Lyconis
testamen-
tum.

relicta sunt. Honoret itē & medicos Pasithemi & Mida dignos pfecto magno & honore & precio ob summā in me diligētiā: & arte. Legō & Callino filio partheras duas: vxorisq; illius gēmas bullas tazpetasq; alterū villosum: a'lerū purū: & pistroma & duo puluinariaq; sunt ex oībus q̄ reliqua sunt optima: & quātū ad honoris rationē: ne istoꝝ qdē oblitū videcamur. De his aut̄ qui mihi seruierūt. sic statuo. Demetrio quidē iā diu libero redēptionis p̄ciū remitto: & quinq; minas do: & palliū & tunicā: vt q̄ mecū diu & multū laborauit: ho-
nestē vitā degere possit. Critoni aut̄ chalcedoneasi similiter redē-
ptionis p̄cia relaxo: & minas quattuor idē dari iubeo. Micrūq; libe-
rū dimitto. eū Lyco nutriat: & ānos sex ab hoc tēpore deinceps eru-
diat. Charetē similiter dimitto liberū. nutriatq; illū Lycon: duasq;
illi minas do: & libros meos reliq;os: eos vero qui needū editi sunt
'Callino vt illos edat diligēter do. Sed & syro liberos minas quatu-
or lego: & menodorā do: & si qd̄ mihi debet relaxo. Hilaraz itē qnq;
minas & tapetē villosum & duos puluinios & pistroma & lectū quē-
cūq; voluerit. Liberā itē dimitto Micri matrē & Noemonē & Dio-
nē & Theonē & Euphranorē & Hermiā: & Agathonē vbi biennijs
tēpus impleuerit dimitti liberū iubeo. & lexicarios. Ophelionem
quoꝝ & possidoniū cū ānos quattuor pegerint: itidē liberari volo.
Demetrio p̄terea & Tritoni & Syro singulis lectū & stragulā vestē
ex residuis relinquo: vt Lyconi cōuenire videbitur. Ista illis erūt ex
me q̄ pfecto ostēderūt q̄ sollicite sibi cōmissa pegerint. De sepultu-
ra v̄cro vid̄bit Lycon iue me hic siue domi sepelire maluerit. Cer-
to.n. mihi p̄suasum est illū quid cōueniat honestūq; sit: nil segnius
cernere q̄ nos. Cū vero disposerit & impleuerit hēc oia: rata sit illi
eoꝝ quae hic sunt omniū largitio. Testes Callinus Hermioneus Ari-
ston Chius Euphronius Pacaniensis. Adeo aut̄ sapienter ille gessit
omnia quoꝝ pertinent ad eruditionē & studia humanitatis vt ad
testamēta quoꝝ sua nihilo minus diligentia prudentiāq; pertende-
rit: ita vt in ea quoꝝ parte sit studiose se imitandus.

Demetrius phalereus.

Emetrius Phanostrati filius phalereus auditor qdē fuit
Theophrasti. Ceterū cū apud atheniēses cōcionaretur:
v̄bī p̄fuit ānos dcc: æreisq; statuī honorat⁹ ē. ccc. l. x.
quarū plures equēstres erāt & in currib⁹ seu bigis stabat
ūmoꝝ studio ferme intra. ccc. dies cōsumat⁹ erāt. Coe-
p̄issim⁹ at̄ rēpu. administrare quo tpe Harpalus Alexādrū fugiens athe-
nas venit. Demetrius: Manesius in æquiuocis testatur. Diu at̄ t̄p̄ p̄-
clare rē administravit. Nāq; & redditibus & ædificiis ciuitatē auxit
& qdē cū generētatis illustris nō esset. Erat. n. vt Fauorin⁹ in primo

Deme-
trius.

LIBER.

cōmētiorum ait: ex canonis familiā: verū vrbane ac nobili lamię
amicāe: vt idē ait in primo: cōgrediebatur: Sed & a Cleone sese per
pessum eē in secūdo tradit. Porro Dydimus in symposiis ipsum &
charito blepharō & Lāpetonē a meretrice quadā appellatū ait: Fer-
tur cum alexandriæ amisisset oculos: a serapi illos rursus recepisse.
Quocirca & pænas qui nūcūsq; canūtū fecisse. Verū cū apud athe-
nienses clarissimus esset: sic quoq; & ipse ab ea quæ cūcta cōsumit
mūdīa tētatuſ est. Quippe insidias passus a quibusdā mortis sentē
tiam absens exceptit. Nō tamen eius corpore potiti sunt: verū ipsius
deicientes imagines erugine ex industria foedatas: alias quidē ven-
diderunt: alias summerserunt: alias q; in fruſtra cōciderunt. Quippe
& hoc fertur. Vna aut̄ sola in arce seruata est. Fecisse autē hoc athe-
nienses. Demetrio iubente rege fauorinus auctor est in omnimoda
historia. Sed & imperii ipsius indicia ut Fauorinus idē ait violarūt.
Enimuero Hermippus eū tradit post Cassandri necē Antigoni me-
tu se ad Ptolemaēū ſoterē contulisse: multūq; illic tēporis moratū
inter cætera consuluisse regi: filiis quos ex Euridice susceperebat im-
partiri regnū: Illo nō obtēperante ſed ei quē ex Beronice generat
diadema tradēte: ab hoc ipso post patris mortē fuſſe aſſeruatū in p-
uincia quo ad aliqd de illo ſtatuit. Hic iā ille moeſtior vixit: ac velu-
ti dormitā ab aſpide manū morsus exvita migravit: ſepultus q; ē in
buſirite regione prope diopolim. Ei quoq; nos fecimus epigrāma
Ore venena ferens Demetrium abſtulit aſpis:

Luminibus cuius lux tenebroſa mīcat.

demetrii
opera.

Porro Heraclides in epitome ſucceſſionū ſotionis Ptolemaeū ait
Philadelpho cōcēdere voluiſſe regnū: illūq; phibuiſſe dicendo: ſi
alteri dederis: ipſe nō habebis. Cū vero accuſaretur atheniſ menan-
der comicus (Fertur q; & hoc) partū abfuit quin capitis excipe-
ret ſententiā: ob aliud niſi nihil q; amicus huius eſſet. Purgauit aut̄
eū Telesphorus Demetrii gener. Verū. n. librorū multitudine acer-
ſuū numero omnes ferme ſui tēporis peripateticos tranſcēdit do-
ctiſſimus atq; peritiſſimus omniū. Sūt aut̄ ipſius monumēta partim
hiſtorica partim politica: dē poetis alia: alia rhetorica: eontionū ac
legationū ſed & orationū aſopiarū collectiōes & cōplura alia. Sūt
aut̄ dē legibus atheniēſiū libri qnq; dē ciuib⁹ atheniēſibus duo. de-
ducēdo populo duo. de repu. duo. de legib⁹ ynū. de rhetorica duo.
dē re militari duo. de iliade duo. odyſſea quattuor. Ptolemaeū ſynū
Amatorius ynū. Phēdōdas ynū. Medō ynū. Clæon ynū. Socrates
ynū. Aristomachus ynū. Artaxerxes ynū. Homericus ynū. Aristides
ynū. Aristomachus ynū. Exortatorius ynū. Pro rep. ynū. de dece-
nali tēpore ynū. de Ionibus ynū. dē legatione ynū. dē fide ynū. dē

gratia vnum. de fortuna vnum. de magnificientia vnum. de legibus vnum.
 de nuptiis vnum. de trabe vnum. De pace vnum. De studiis vnum.
 De tempore vnum. Dionysius vnum. Chalcidicus vnum. Atheniensium
 incurso vnum. de antiphane vnum. Prohæmiū historicum
 vnum. Epistolæ vnum. Cōcio iurata vnum. de senectute vnum. Iura
 vnum. Aesopiarū vnum. de vsu vnum. Porro stilus ipse philosophicus oratorio
 robore viribusq; permixtus. Hic vbi cōperit atheniēses im-
 gines suas euerisse. At inq; virtutē illi nō euerterūt; cuius gratia il-
 las erexerāt. Aiebat nō esse parū aut negligendū mēbrū supercilia:
 posse. n. vitā oēm obscurare. Nōmodo diuitias cæcas asserebat. ve-
 rū & illarū auctorē fortunā. Quantūq; in bello posset ferrū: tñm in re-
 pu. eloquentiā valere. Cū vidisset aliquā iuuē luxuriosum: ecce in-
 quīt quadrata statua habēs syrma: ventrē: pudēda: barbā. Hominū
 fastu turgidorū aiebat circūcidi oportere altitudinē sensumq; relin-
 quere. Iuuenes asserebat oportere domi quidē parētes: in itineribus
 autē occursantes: in solitudine vero seiplos reuereri. Amicos dice-
 bat secūdis in rebus adesse aduocatos: in calamitatib; autē sua spō-
 te atq; inuocatos. Fuerūt autē Demetrii memorabiles viginti. Primi-
 mus calcedonius orator thrasimacho antiquior. Secūdus hic ipse.
 Tertius byzantius peripateticus. Quartus q; cognominatus est gra-
 phicus. i. scriptorius: aptus atq; ad differendū facilis idēq; ipse pi-
 ctor. Quintus Aspēdius Appolloniū Solēsis discipulus. Sextus Cal-
 lantianus q; de Asia & Europa scribit liberos. xx. Septimus Bizan-
 tius q. xiii. libris Gallorū ex Europa in Asiā transiit: & octo aliis
 Antiochi & Ptolæmei gesta: Libyæq; sub ipsis administrationē co-
 scripsit. Octavius sophista q; moratus Alexāndriq; artes orationis scri-
 psit. Nonus adremetus grāmaticus Ixion appellatus q; Iunonē
 in aliquo iniurīs affecisse videretur. Decimus cyrenæus grāmaticus
 cognomēto Stānus vir sanæ memorabilis. Undecimus Scepsi⁹ vir
 diues: ac nobilis. ac iprimis studiosus. Hic etiā Metrodorū ciuē p-
 mouit. Duodecimus grāmaticus Erythræus ciuis scriptus in mno.
 Tertius decimus Bythinus Diphylī Stoici filius discipulusq; Pen-
 tii Rhodii. Quartus decimus orator smyrnæus. atq; isti quidē pla-
 oratione scripserūt. Poetē autē hi. Primus q; comœdiā scripsit. Se-
 cundus Epicus poeta: ciuis illa sola habentur quæ aduersus inui-
 dos scripsit.

Concupit axanimē quoq; viuum spreuerat olim.

Dat tumulus lites & simulachra viris.

Tertius ex Tharsō satyricus. Quartus iābēcius amarus vir. Quintus
 sculptor ciuis Polemo meminit. Sextus Erithræus varius scriptor
 qui historicos: & oratorios conscripsit libros.

Demetrii
 imagines
 athn. e-
 uerterūt.

LIBER

Heraclides ponticus.

Heracli-
des.



Heraclides Euthyphronis filius Heracleotes & pōto vir
diues athenas concessit: Ibiq; primum quidem Speculip
po se in disciplinam: dedit pythagoreorum auditio fuit
Platonēq; imitari studens: postremo ut Sotion in suc-
cessionibus ait: Aristotelē audierunt. Hic mollioris vestis
vsum habuit: tumentiq; fuit corpore: adeo ut illum attici nō iam pō
Pōpicus ticum: sed ponipicum vocarent. Porro incessu mitis erat & verēdus
est hera- Feruntur ingenii illius monumenta p̄aeclara atq; optima Dialogi:
clides di quorum morales de iustitia tres vnumq; de temperantia: de pietate
ctus. ac fortitudine: cōmuniterq; de virtute vnum: de felicitate vnu: de
principio vnum: de legibus vnum: deḡ similibus de nominibus
vnum. Pacta vnum: Inuitus amatotius & clinias vnu. Naturales ve
to de mente: de anima: sc̄orsumq; de anima: & de natura: & imagi-
nibus: seu simulachris. Aduersus Democritum de coelis vnum. De
his q̄ sunt apud inferos: de vitis duo: de causis morborum vnum
de bono vnu. Aduersus zenonē id est aduersus Metronem vnum.
Grāmatici vero de Homer: & heliodi ætate duo: de Archilocho &
homero duo. Musici vero de his qui sunt apud Euripidē & Sopho-
clem reperiuntur duo: de musica duo. Solutionū homericarū duo.
Theorematicus vnum: de tribus tragœdiis vnu. Figuræ vnum: de
poetica & poetis vnu: de conjectura vnu: de præscientia τροοω-
TIKop vnum. Heracliti expositiones quattuor. In Democritū expo-
sitiones vnu. Solutionū que in contentionē veniunt duo. Proloqui
um vnum: de speciebus vnu. Solutiones vnum: monita ad Diony-
sium vnu. Rhetorici duo: de oratoris officio siue protagonas: histo-
rici de pythagoreis & de inuentis. Ex his alia quidē comice finxit:
sicuti de voluptate & de pudicitia. Alia tragicis: sicuti de his q̄ sunt
apud inferos: & de pietate & de potestate. Obseruat autem se pen-
mero & mediocritatē in dicēdo quandā: veluti philosophis & dis-
cibus. ciuibusq; iuris adiuvicem loquentibus. Extant illius scripta
& de geometria & de dialectica est autem in omni genere orationis
varijs & dictione distinctus: maximāq; habet capiens animos: at-
q; oblectandi vim. Sunt qui asserant illū & patriā a tyranno liberalis-
se: eo. s. necato: vt ait Demetrius magnesius in homonymis q; de il-
lo tale aliquid tradit Nutrisse eū a iuuentute draconem: & cum iā
moriturus esset: iussisse cuidā ex necessariis: vt eius corpus occule-
ret: draconemq; supponeret lectulo: vt putaretur ad deos migrasse:
factūq; est: vt ille mandauerat. Interea cū Heraclidē efferrent ciues
atque laudibus prosequerentur: auditio clamore draco ex vestibus
prodit: perturbauitq; plurimos. Postmodū vero aperta sunt om-

Heracli-
dis mar-
nis glo-
ria.

nia: visus p̄ est Heraclides: non qualis putari voluit: sed qualis erat
 Et & in hunc nostrum epigramma.
 Clarus heraclei volunti viuere fama

Draco
hera.

Omnibus extintus q̄ draco viuus eras.
 Es male mentitus: fallens fuit aspera serpens
 Bellua: non sapiens tu fera capta iaces.

Hæc Hippobotus quoq̄ ait. Cæterum Hermippus Heracleotas tra-
 dit cum famæ vastaret prouinciam incommodi absolutionem ex
 Pythia quæsisse. Porro heraclei theoros & quam memorauimus
 Phytiam quoq̄ corrupisse pecuniis: vt dicerent tunc denum eos le-
 uandos incommodis: si & viuum heraclidem Euthyphonis filium
 aurea corona honorarent: & vita functum: vt heroë venerarentur.
 At vbi oraculum delatum est nihil illos qui hanc scenam finixerant
 inde esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro heraclidē
 stupidum: amentemq̄ factum esse theoros vero deuolutos interisse Hera.
 Pythiāq̄ ipsa hora cum ascendisset in aditum draconis morsu. cō mors.
 tinuo efflase animā: atq̄ ista quidem de ipsius fine. Tradit autē A-
 aristoxenus musicus illū tragœdias etiam scripsisse thespidisq; illas
 prenotasse titulo. Climacleon quoq̄ ait illum sua furatum de Home-
 ro & Hesiodo scripsisse. Autodorus quoque epicureus illum argu-
 it eis contradicens que ille de iustitia scripsit. Insuper & Dionysius
 metathemenus: aut spintarus: vt quidam volunt Parthenopeū scri-
 bens Sophocli inscripsit. Ille ita credens in aliquo suorum operum
 eius testimoniis veluti Sophoclis vtitur. Id sentiens illo negante
 & non credente misit ex exemplari videndos versus: & ita per om-
 nia habebat: Amabat autem iste Dionysius. Verū ille neq; ita fidē ac-
 comodās forte aiebat & causa fieri posse: vt ita se haberet. rursus ad
 illum scripsit Dionysius: & hæc profecto cōperies senex. Simia nō
 capitur laqueo. capitur quidē: postq; tēpus capitur & ad hæc heracli-
 des litteras ignorat: nec de eo erubescit. Fuerū autē quattuor deci
 heraclides. Primus hic ipse. Secundus cōcius huius q Pyrrichias nu-
 gascq; cōposuit. Tertius Cuman⁹ q persica qnq; libris absoluīt. quar-
 tus Cuman⁹ orator q artes rhetoricas scripsit. Quintus Callician⁹
 siue Alexadrinus q ex libris successionē explicauit: orationēq; lem-
 beuticā. Vñ: & lēbus vocabat. Sextus alexadrinus p̄scarū proprie-
 tatē scriptor. Septimus dialecticus bargyleites q cōtra epicurū scri-
 bit. Octauus Medicus Icesius. Nonus medicus Tarētinus emperio-
 cus. Decimus poeticus q præcepta cōscripsit. Undecimus sculptor
 phocensis. Duodecimus argutus epigrammatū poeta. Tertiū deci-
 mus magnesius qui scripsit mitridatica. Quartus decimus qui con-
 scripsit de astrologia.

LIBER

LAERTII DIOGENIS DE VITIS PHILOSOPHORVM LIBER SEXTVS INCIPIT.

Antisthenes Antisthenis atheniensis.

Anthiste
nes.

Tanagré
sis pugnē
victor an
tisth.

Antisth.
socratis
auditor.
Cynice
secte ori
go.

Anth. vo
luptatis
côtéptor

Stata for
ma ab
anth.o=
missa. Vi
de Au.
Gellū.



Nthistenes antisthenis filius atheniensis fuit. Dicebatur autē nō esse indigena. Quod cū sibi probro daretur: dixisse fertur: & deū mater Phrygia est: videbatur. n. illius mater ex Thracia. Vnde cū in Tanagré pugna fortiter egisset: auctor fuit Socrati. vt dicerūt ex duobus atheniensibus ita fortē nūq; natū esse. Ipse quoq; atheniensibus q; indigenæ essent gloriātibus exprobrās dicebat: illos coelestis nihilo nobiliores. Hic initio quidē Gorgiam audiuit oratōrē. Vnde & in dialogis oratoriū dicendi genus exprimit: maximeq; in veritate & in exhortando: Herennius aut̄ ait illū in celebritate Isthmia virtutē: ac laudibus efferre solitū Atheniēses Thebanos: & Lacedæmonios: deinde id vitasse intuentem plurimos ex vrbibus confluere. Postmodū Socrati sese addixit in tantūq; cū illo profecit: vt mone ret discipulos: vt sui sub Socrate essent condiscipuli. Cōmorāsq; in Pyreo quotidianie. xl. stadiis emensis audiebat Socratē a quo & tolerantiā addiscens tranquillitatū: q; illius imitator effectus: cynicam prior sectā inchoauit. princepsq; in ea fuit. Quodq; labor bonū esset magni Herculis: ac cyri exēplo suadebat: id a græcis hoc a barbaris mutuans. Primusq; diffiniuit sermonē dicens. Serino est qui quicq; sit aut fuerit exprimit. Dicebatq; iugiter insania potius q; voluptate corripiar. & illud oportet eiusmodi propinquare mulieribus q; grazias habeant. Pontico autē adolescenti cum se illi in disciplinā dare vellet: rogarētq; quanam re sibi opus esset. Libro inquit nouo: & stilō nouo nouaq; tabella animū. l. significās. Interroganti cuiusmodi vxorem duceret. Si inquit formolam duxeris cōmunem habiturus es: si deformē poenam. Cū audisset Platonem aliquando sibi male dicere. Regiū inquit est male audire: cū benefeceris. Cū aliquando orpheicis mysteriis iniciaretur: diceretq; sacerdos eiusmodi initiatos bonis plurimis apud inferos perfici: cur igitur ait ipse nō moreris? Probro si dabatur aliquādo q; non esset ex duobus liberis genitus. Neq; inquit ex duobus luctatoribus: & tamē luctator sum. Interrogatus cur paucos haberet discipulos: q; inquit argentea illos virga eiicio. Rogatus item cur in discipulos acriter inueheretur: & medici inquit in languidos. Cū vidisset aliquādo fugientē moechū: O inquit infelix quantū periculi vno obolo vitare potuisti. Prestare dicebat: vt hecaton ait. necessitate urgente in coruos q; assentatores

incidere. Illos quippe mortuos: istos viuentes deuorare. Rogatus
 quidnā apud homines esset beatius. Fœlicem inquit mori. Familia
 ri quodam apud se deplorante q̄ perdidisset cōmētaria: oportebat Anth. dī
 inquit ista animo potius q̄ chartis inscribere. Sicuti rubigo ferrum: cū in as-
 ita inuidiā inuidos consumere aiebat. Eos qui cuperent immortales sentato-
 les esse: oportere dicebat pie vivere ac iuste. Ciuitates tunc interire res.
 ait cū bonos discernere nequeūt a malis. Cū aliquando a malis lau-
 daretur: magna inquit anxietudine maceror: ne forte mali quidpiā
 fecerim. Fratrū qui essent concordes conuictū omni pariete dixit
 esse fortiorē. Ea dicebat paranda viatica quæ cū naufrago simul
 enatarent. Probro sibi dabatur aliquādō q̄ congrederetur malis: at
 medici inquit inter infirmos versantur neq; tamen febricitant. Ab-
 surdū esse dicebat triticū purgare lolio: bellūq; inutili milite: rē ve-
 ro publi. inuidis non exhauire. Rogatus quidnā ex philosophia lu-
 cratus esset: mecū ait colloqui posse. Cuidam sibi in cōuiuio dicēti
 cane: tu mihi inquit tibias infla. Diogeni tunicā petenti: palliū ex-
 plicare iussit: interrogatus quænam esset disciplina magis necessa-
 ria: mala inquit dediscere. Eos hortabatur qui maledictis ir. cesserē-
 tur tolerare magis: q̄ si lapidibus se quispiā ageret. Platonem insimu-
 labat: vt fastu turgidū. Cū ergo fieret pompa inspiciens hinientem
 frementēq; equū ad Platonē conuersus. tu inquit iudicio meo p̄ cla-
 rus fuisse equis. venerat aliquādō ad eū mala valetudine affectum
 & cum vas cerneret vbi Plato vomerat. cholen inquit hic video. fa-
 stum vero nō video. atheniēsibus consulebat a finos vt equos decer-
 nerēt. quod cum illi irrationabile dicerēt. at inquit dices apud vos
 qui nihil didicerūt: solūq; designati sunt. dicēti sibi cuidā: multi te
 laudant. quid enim ait mali feci? Cum pallij discissam partē conuer-
 sam in conspectū dedisset: intuitus Socrates video inquit per palliū
 tuā vanitatē. interrogatus a quodā. vt ait Phanius in libro de socra-
 tīcis: quidnā faciendo bonus & honestus euaderet. Si mala inquit
 quæ habes a scientibus didiceris esse fugienda. Cuidā delitias lau-
 danti: inimici ait delicate viuant. Adulescenti qui se factori suo cō-
 firmabat: dic ait si vocem æs acciperet: quanā in re gloriaretur: illo
 dicente in pulchritudine: nō inquit erubescis qui cū inanimis glo-
 riariis: Pontico adulescente pollicente illū sibi fore curæ: si nauis ap-
 plicaret qua salsa vehebantur: sumpto illo & vase nouo abiit ad eam
 quæ farinā venūdabat & onerans proficiscebatur. Illa vero preciū
 petente: hic inquit adulescens dabit: si salsoq; ipsius nauis applica-
 verit: Ipse & Anyto exilii & melito mortis auctor fuisse videtur. Nā
 q̄ ponticis iuuenibus ob Socratis gloriā aduenientibus congressus
 eos ad Anytū abduxit dicens illum moribus sapientiore esse. q̄ So-

LIBER

eratem: qua ex re indignatos circūstātes effugasse illū. Sicubi vero ornata offendisset mulierē ad domū illius proficiscebatur: iubebatq; virū eius equū proferre & arna ut siquidē hæc illi essent: delitiis vacare sineret: his. n. vlcisci: sin alias cultū illū amoueret. Quæ autē Docibilis illi placuere ista sunt. Docibilem esse virtutē. Eosdē esse nobiles ac virtus. virtutis studiosos. Sufficere virtutē ad beatā vitā nullo indigētem nisi Socratis viribus. Virtutē quoq; operū esse neq; verbis plurimis neq; disciplinis indigentē: sapientēq; sibi ipsi sufficere. Sua quippe esse que alioz sunt oia: Gloriæ priuationē bonū esse labori simile: sapientē nō secūdū cōstitutas leges vīcturū: sed iuxta virtutis normā: ducturūq; vxorem procreādorū liberoz causa: formosissimisq; congressurū mulie: ibus atq; amatūrū. Solū quippe scite sapientem quænā sit amanda. Inscriptib illi Diocles & ista. Sapienti. n. peregrinū aut nouū nihil: neq; indignus est qui amētur vir bonus. Studioſi amici sunt facere qui animosi vna & iusti sunt. Virtutē arma esse que tolli non possint. Præstat cū paucis bonis aduersus malos omnes: q; cū multis malis aduersus paucos pugnare. Sollcite obseruare inimicos: primi. n. peccata sentiūt. Iustū virū pluris faciendū q; propin quā. Viri: ac mulieris virtus eadem. Bona pulchra: mala esse turpia. Prudētia murus tu tūlītissimus. Cynosar ges vel cynosar chesgym nasiū vbi docebat anthu. vnde cy nici phi dicti sunt vel a ko poσ . i. canis. Diogene trans gillus cra tes cōti nes & ze no patiēs Iniqua omnia aliena puta arq; peregrina: murū tutissimū prudentiā esse: neq; n. decidere neq; prodi: moenia struenda in nostris inuolabili bus cogitantibus. Dīsserebat autē in gymnasio quid cynosar ges appellatur nō longe a iantuis. Vnde quidā cynicam sectā appellatam volunt: ipseq; cognominabatur Haplocyon ac primus palliū vt ait Diocles duplicauit: ipsoq; solo ytebatur: baculūq; sumpsit ac peram. Primus autē & Neanthes tradit simplicis quoq; pallū vsum habuisse. Porro Sosocrates in successionū tertio. Diodorū aspendiū & barbam dimisiſſe: & baculo: & pera: vsum esse ait. Hūc solū ex omnibus Socraticis Theopompus laudat dicēs suis acutissimū & ex suauitate colloquijs quēlibet capere ac traducere quo veller: Liquet id autē ex libris suis atq; ex illo Xenophontis symposio: videturq; & virilis sectae stoicæ princeps fuisse. Quocirca & athæneus poeta epigrammatū sic de illis ait. O stoicarū rerum peritio: qui præclara dogmata sacrī paginis imposuitis virtutem vnicū animæ bonū. Hæc n. sola viroz & vitam liberavit & yrbes. Carnis autem amicam voluptatem finem viris aliis vna memoriae peregit filiarum. Hic & Diogeni tranquilitatis: & Crati continentiae: & zenoni tolerantię dux & auctor fuit ipse qui ciuitati fundamenta subiecit. Enim uero Xenophon suauissimū in colloquio fuisse ait: atq; in rebus aliis contingenitissimū. Feruntur & ipsius scripta tomī. x. Primus in quo de discione siue de figuris: Ajax siue aiacis oratio. Vlyxes siue de Vlyxe.

Orestis defensio: de causidicis. Isographæ siue desias siue Isocrates
 Aduersus Isocratis, α. μ. αρτιρον. In secūdo tomo de animaliū na-
 tura: De procreatione filior̄: siue de nuptiis: siue amatorius. De so-
 plustis. Φυσιογρωμορικος: Exhortatorius primus: secūdus: ter-
 tius: de Theognide. v. Tomus tertius: in quo de bono: de iustitia: de
 fortitudine: de lege siue de republica. de lege siue honesto & iusto:
 de libertate & seruitute: de fide: & curatore: de interrogatione: de
 victoria: & economicus. In quarto tomo Gyrus. Hrcules maior siue
 de fortitudine. In quinto tomo Cyrus siue de regno aspasia. In sex-
 to tomo veritas. De differendo. αντιλογικος. Sathō de cōtradi-
 ctione. iii. de locutione. In septimo tomo de disciplina: siue de no-
 minibus. v. de moriēdo. De vita & morte: de his quę sunt apud infe-
 ros. De vsu nominū: siue cōtētiosus: de interrogatiōe & respōsione
 de opiniōe & sciētia quattuor: de natura duo: Interrogatio de natu-
 ra duo. Opiniones siue cōtētiosus: de addiscēdo pblemata. In octa-
 uo tomo de musica: de expositoribus: de Homero: de iniusticia &
 impietate. de Calchante: de exploratore: de voluptate. In. ix. tomo
 de odyssea: de virga Mineruæ: siue de Telemacho: Helena & Pen-
 lope. De Proteo. cyclops: siue de Vlyxe: de vini vsu: siue de ebrieta-
 te: siue de cyclope: de Circe. de amphiarao: de Vlyxe & Penelope: de
 cane. In. x. tomo hercules: siue Midas: hercules. siue de prudētia: si-
 ue de fortitudine. Dñs siue amans. Dñs siue exploratores. menexe-
 nus siue de imperio. Alcybiades. Archelaus siue de regno. Atq; ista
 quidē scripsit. Timō aūt ob multitudinē eoz quę scripsit increpās
 illū ingeniosum nugatorē eū dixit. Obiut morbo quo tēpore dioge-
 nes ingressus ad illū dixit. Num amico opus est: Aliquādo item in-
 trauerat siccā habēs ad quē ille cū diceret: quis me doloribus absol-
 uet: ille ostensa siccā hæc inquit: & ille doloribus dixi nō vita: vide
 batur enim ferme mollius præferre morbum præ amore vitæ.
 Est tibi vita causis mordaci natus in ore.

Non tamen vt rabido pectora dente petas.
 Plthificus extinctus: forsitan quis dicere posset.

Conuenit ad stygium flumen habere ducem.

Fuerunt aūt & alii antisthenes tres. Vnus de schola Heracliti: Alius
 ephesiūs. Tertius rhoditus quidā historicus. Quoniā vero eos q ab
 Aristippo fluxere: ac phædone transfigimus: age nūc illos q ab anti-
 sthene venerūt: cynicos: ac stoicos hoc ordine adiiciamus.

Diogenes.

 Iogenes Ieæsi Mensarī filius Synopeus fuit. fugisse il-
 lū cū pater eius publice mēsam haberet: ac falso pecunia
 signaret. Diocles auctor ē. Porro Eubulides in libro de

tomos
 est diui-
 sio & ciui-
 tas in pō-
 to & frag-
 métum li-
 bri absis-
 sun.

Nugator
 ingenio-
 sus anth.
 a timone
 dictus.

LIBER

Diogene diogenē ipsum hoc fecisse ait atq; cū patre vna pulsū fuisse. Ipse quoq; in pordalo de seipso ait falso signare monetā. Quidā vero eū cū curator effectus esset periusum ab opificibus aiūt venisse delphos: atq; delū in patriā Apollinis. percontatūq; esse an id ageret quod ei suaderetur: quod cū sibi permisum eēt de ciuitate moneta æs adulterasse: depræhēsumq; vt quidā volunt: exilio damnum esse: vt autē alii putant: moētu perterritū sponte patriā liquisse. Sunt qui dicāt illum a patre acceptam pecuniā adulterasse: atq; illū quidem in carcere diēn obiisse: hunc autem effugisse: profectūq; delphos scilicet ēsse nō utrum pecuniam falso signaret: verum quid faciens clarissimus futurus esset: atq; ita hoc oraculum coepisse. Cū vero athenas concessisset: conuenit antisthenē. Eum ille cū repellebat: quippe ex constituto suo neminē recipiebat: vicit perseverantia sua. Illo siquidem aliquādō intentante baculū: subiecto capite cedēt inquit. Non n. ita durū baculum rēperies: qui me abs te quādiū aliquid dixeris arcere possit. Hic iam auditor illius factus est: ac veluti profugus ex patria se ad victimū simplicem contulit: conspecto vt Theophrastus ait in megarico mure discurrēte: qui neq; cubiculū inquireret: neq; tenebras reuereretur: neq; aliquid eoē quæ ad descendū idonea videretur appetere: vnde & casus suos cōsolatus est. Pallū vt quidā volūt. primus duplēcē in vīsu habuit: ob necessarium vīsum: vtq; illo se dormiens obuolueret perāq; tulit in qua & cibos ferebat. omniq; ad omnia vtebatur loco & prandens & dormiens: & loquēs. Quo circa & atheniēs aiebat Iouis porticū ostendēs sibi cōdīsse habitaculū. At baculo quidē primū innitebatur cū infirmus esset: deinceps autē eū semper ferebat: nō quidē in vībe: sed iter agens. ipsumq; ac perā. vt refert Athenodorus atheniēs iū princeps & Polyeuctus rhetor & Lysianias æschronis filius. Cū autē ad quidā scripsisset: vt sibi pararet cellulam: & ille tardius id exequeretur: dolū quod in metroo erat p domo habuit: sicut & ipse in epistolis scribit: atq; æstate quidē sese in feruida arena voluptabat: hieme vero statuas niue perfusas cōpletebatur: omni ex parte seipsum ad labores tolerantia exercēs. Acer item erat in despiciēdis aliis. Vnde & Euclidis scholā alludens ad nomen cholen. i. bilem appellabat: & Platonis auditoriū cōsumptionē: Dionisiaca & certamina magna miracula stultoꝝ dicebat: oratoresq; turbæ ministros: dicebat autē cū intueretur in vita gubernatores medieos atq; philosophos: animaliū omnī sapientissimū hominē esse. Cū autē inspicret somniōrū interprætes conjectores vates vel huiusmodi cæteros: vel qui gloriz: aut diuitiis addicti essent: tunc demū nihil se inanius existimat homine aiebat: arbitriari se in vita səpius parandū verbū q; la-

Diogenis
perseue-
rantia.

Diogenis
domus.

queū. Intuitus aliquādo Platonē in cōuiuio magnifico: gustantem oleas: quid inquit sapiens vir in Siciliam huiusmodi mensuram gratia profectus appositis modo non frueris. Et ille at Hercules inquit Diogenes & illuc oleis & reliquis eiusmodi plurib⁹ vescabar. Et ille quid inquit Syracusas nauigare oportebat: an tūc attīca olaus non serebat: Fauorinus in oīmoda historia Aristippū hoc dixisse tradit: aliasq; caricas comedens obviauit illi: dixitq; licet tibi degustare q; cū acceptas edisset: degustare dixi: nō deuorare. Calcaris ipsius aliquid strati: præsentibus dionysii amicis quos ille inuitarat dixit: Calco Platonis inane studium: ad quē Plato: quanto inquit o Diogenes fastu tumes: dū superbiā te calcare putas. Alii Diogenē hoc dixisse ferunt. Calco Platonis fastum: illūq; respōdisse: at fastu alio diogenes. Porro Sotion in quarto refert hoc illi dixisse Platoneū cynicum. Vinū aliquādo postularat ab eo diogenes atq; caricas. At ille Lagenam integrā misit: ad quē Diogenes inquit: siquidē rogatus fueris duo & duo sunt: respondes viginti: ita neq; secūdū ea que posceris das: neq; ad quae rogatis respondes: obiurgabat autē illū vt verbosum. Interrogatus ybinam grēcię viros vidisset bonos: viros quidē ait nuſq; sed lacedæmone pueros vidi. Cū serio quādoq; loqueretur: nemocq; sibi intēderet: se ad sonū musicū contulit. Cōgregatis autē ad se plurimis exprobrait: vt qui ad inepta studiose cōcurrerent: ad ea vero quae grauita essent & utilia negligenter conuenirent: Dicebatq; de fodiendo & calcitrando certare homines: vt autē boni & probi fierēt curare neminē. Grāmaticos admirabatur q; cū Vlyxis mala requirerēt: sua ignorarēt. Musicos itidē in ius vocabat: q; cū lyræ cordas cōgrue aptarēt: animi mores inconcinos haberent. Sed & mathematicos carpebat: q; solem & lunam & sydera intuentes: quae ante pedes essent negotia negligerēt. Oratores etiā agebat q; studerent iusta dicere: nō autē & facere. Cupidos quoq; q; pecuniā vituperarent: ac summe diligerēt. Reprehendebat eos qui iustos q; pecunias contemnerēt laudabāt: pecuniosos autē imitari satagebant. Stomachabatur eis qui p bona valetudine sacra facerēt: inter sacrificia cōtra sanitatē coenarent. Seruos admitabat q; cū edaces homines cernerēt: nihil dīperent cibos. Landabat qui uxores ducturi fuissent & nō ducerent: & qui nauigaturi non nauigarēt: qui q; accessurī ad répu. minime accederēt: & qui pueros habituri in delitiis se cōtinerent: & qui se cōponerēt ad cōueniendū regibus: neq; tamē accederent. Dicebat manus ad amicos nō complicatis digitis extendi oportere. Refert Hermippus in vēditione Diogenis: q; capitū ac vēditus: cū rogaret quid sciret agere respōderit: scire se viris impare: atq; ad p̄conē p̄dīca īqt̄ quisnā sibi dominū emere vult.

Grāmati
cos dio-
genes ad
miratus.

Quos lati-
dare soli-
t⁹ erat di-
ogenes.

Venūda-
tus Dio-
genes.

LIBER

Sedere prohibitus nihil inquit refert: nā & pisces quomōlibet iaceant emi. Mirari dicebat cū ollam quidē ac operculum nō sine tactu ac tinitu emam̄tis: solo in homine emendo aspectu contenti sumus.

Dicebat Xeniadæ emptori suo: ipsum sibi quāuis esset seruus obtēperare oportere. Nā & medicus & gubernator si seruus sit: vtq; sibi diogenis paretur. Eusebulus vero in libro qui inscribitur Diogenis vēditio empor. ita filios Xeniadæ instituisse ait post disciplinas reliquas equitare: arcus intendere: fundas rotare atq; iaculari. Deinde in palestra non permittebat pedrotiue eos in morē athletarū exercere: sed id roboris tantū & bonaе valetudinis gratia. Tenebant vero pueri poetarū: ac scriptorū aliorū ipsiusq; Diogenis plura memoriter: omnēq; illis doctrinæ rationē vt facile memoria teneretur: breuiter collectā insinuabat. Domi quoq; ministrare docebat cibo leui: ac vili contentos & aqua. Tonderi ad cutem faciebat: incōpositoq; deducebat: ac si ne tunicis & calceis tacitos: ac se tantū in via intuentes. Educabatq; eos sed ad venationes. Econtra illi Diogeni s curā habebant: parentibusq; cōmendabant. Senuisse ipsum apud Xeniadē idem ipse auctor est: ac vita functū a filiis eius fuisse sepultū. Vbi percontante Xeniadē quō se sepeliri mallet. in faciem inquit. Illo cām interrogante: qm̄ inquit post modicū inferiora conuertenda sunt. Dixit autē hoc quia macedones iam obtinerent: atq; ex humilibus sublimes fierēt: Cū se quispiā in domū magnifico instructā apparatu induxisset: & spuere vetaret: posteāq; excreauit: in illius facie spuma coniecit: deteriorē locū vbi spueret se non inuenisse dicēs: alii aristippo id applicant. Cū: clamasset aliquādo lieus homines: cōuenissentq; plurimi: virga illos agebat dicens homines nō purgamēta vocauit. Ait hoc heccato in primo de vsu. Alexandrū dixisse ferūt: q; nisi alexander optatum, esset Diogenē se esse voluisset. Debiles dicebat non surdos aut cæcos sed imperitos vel qui pērā nō haberent. Ingressus aliquādo semitonio capite conuictū illuēnū plagas rettulit. Postea nomina illos qui se ceciderant inscribens circuibat ea p̄rā se ferens. Ita illis vicē cōtumeliaz redditidit: dū reprehendendos & obiurgandos omni bus exposuit. Dicebat se canē esse laudabiliū: sed laudator; neminē secū ad venandū exire p̄fsumere. Dicēte quodā viros se in pythia vincere. viros equidē inquit. sed tu mancipia. Cū diceretur sibi: sex̄ es: iam quiesce a labore quid. h. ait si in stadio currerem: ad finē oporteret cursum remittere. & nō magis intendere. Vocatus ad coena affuturū se negauit: neq; n. sibi priore die gratiā decreuisse. Nu dis pedibus calcabat niuē. & alia quæ p̄dicta sunt: crudas item carnes edere conatus est: sed in eo non perstitit. Offendit aliquādo De mosthenē oratorē in diuersorio prandentē. Illo aut̄ cedente: tanto

Carnes
crudas
dio. vo
quidem ratione communis: propria vero propriis: ac presenti omni per singula iuditia euidentia. Si enim hisce intenderimus: id vnde perturbatio metusq; fiebat excludemus habita recta ratiōe: atq; soleūmus: deq; celestibus ac reliquis quae semper incident: quaeq; summe terrent reliquos: causas afferemus. Ista tibi o Herodote de natura omnium summatis perstrinxerimus. Quae tu si diligenter pro viribus tenere studueris arbitror: & si non ad omnia semper per partes diligenter explicata sufficient: incōparabilem tamen ex eis firmitatem atq; constantiam aduersus homines cæteros percepturum Nam te ex te ipso promouebis plurimum ad ea etiā quae in toto de natura opere sunt dicta per partes exponenda. Atq; hec ipsa manu data memoriae perpetuo emolumento erunt. Sunt enim huiusmodi ut hi etiam qui iam particularia satis: aut etiam perfecte digesserunt: ad huiusce tamen intuitus plurimos haberent: plurimū iuuari ex his possint in his quae de tota natura differuntur. Quaeq; autem non penitus cadunt in ea quae conficiuntur: ex his autē secūdum eū morem qui caret inuidia: simulatq; intelligitur ambitus eorum que sunt in primis rata ad tranquillitatem animi faciunt: & ista quidem de naturalibus eius epistola. Sequit̄ de meteoris alia. Epicurus Pythagocli salutem. Reddidit mihi Cleon abste epistolā: in qua nos fovere atq; diligere persistis: digne pro nostro in te studio: neq; ignauiter earum meminisse niteris: que ad beatam vitam ducūt rationū Præcarisq; vt tibi de meteoris breuē mittam facilemq; tractatū quo facilius admonearis ea quippe que in aliis scripsimus difficillime teneri memoria: quis ea vt aīs quis continue ferat. Nos autem perlitter preces admisimus tuas: magnaq; de te ac iucunda spe fruimur. Cum igitur cætera iam absoluuerimus omnia: agimus quae postulasti plurimis & aliis emolumento futura inuenta hæc: & his maxime qui rudes adhuc veram nuper naturæ rationem degustarunt. his item qui alicuius disciplinarum liberalium sunt grauioribus curis impliciti. Ea igitur rite percipe mandataq; memorie iugiter volue: cum cæteris que in breui epitome ad Herodotum missimus. Primum igitur alium aliquē finem ex celestium corporum scientia siue per cōexionem: siue absolute dicantur: putandū non est qđ perturbationis vacationē: ac probationē certā sicuti & in reliquis neq; qđ sit impossibile vim aggredi. neq; speculationē habere per oīa similem aut his libris quos de vītis scripsimus: siue de his quos de aliis naturaliū qōnū purgationibus: puta qđ oī corpus spalpabilis naturæ sit: qđ indiuisibilia elemēta & oīa hmōi aut queq; vnicā his qđ videtur cōcordiā habēt: & in meteoris nō est. Verū ista quidē multiplicitē

habet generationis eam substantiae per dicam et sensibus consortiam
 Neq; n. fm plogos vanitatē legisq; sanctionē d̄ natura differēdū
 sed sicut ea q̄ vident̄ hortant̄. Non. n. iā vita nostra aut stulticia: aut
 gloriæ vāitate op̄ hēt sed solū trāq; ac securē vinere oīa qdē im-
 mobili ac stabili rōe fūt p̄ oīa ex his dūtaxat q̄ multiplici mō his q̄
 apparēt concorditer incidūt cū quis quod p̄babiliter de his dicitur
 cogruenter omiserit. Cū vero quispiā hoc quidē omitit: hoc autē
 elicit qd̄ æq; ei qd̄ vī cōsonū est: eū profecto constat omni naturæ
 excidisse rōne: atq; ad fabulas esse deuolutū. Signa vero quædā eo
 rum que in supnis consumātur ferre quædā ex his q̄ nobis apparent
 et quæ inspiciunt̄ aut sunt non ea quæ in supnis apparent hæc enim
 multis modis fieri possunt cuiusq; tamē visum obseruandū est: atq;
 in ea quæ illi adiunguntur diuidendū Quippe non contēditur plu-
 ris modis perfici ut ea q̄ sunt apud nos. Mundus est cæli quædā
 continentia. Stellas & terram & quæ videntur omnia continens ab-
 scissionemq; ex infinito habens atq; in finē desinens: siue rarū den-
 sum. quo soluto quæ in illo sunt omnia confusionē accipient: & de
 finens aut in eo quod circunagit aut instantiam habet: et rotūdā
 aut triangularem aut quācunq; circumscriptionem omnibus quippe
 mod s fieri possibile est: quando eorum quæ videntur nihil oblitūt
 mundo huic: in quo finem comprehendere nequimus. Quod au-
 tem et luiusce mundi sint infiniti multitudine colligi potest: & quo
 niam talis fieri mundus potest & in mundo & intermundio quod in
 teruallum dicimus inter mundos in loco vacui pleno: & non in ma-
 gno puro & vacuo quæadmodum aiunt quædam idoneorum quo-
 rundam seminum quæ ab uno mundo siue intermundio fluxerint si-
 ue etiam a pluribus sensim. Abiectionesq; & compositiones atq; mi-
 grationes facientes in locum alium si sic contingere: & irroga-
 tiones ex his quæ opportune eas suggerunt quo ad consumantur ac
 cipiāt̄ constantiam: in quo etiam subiecta fundamenta susceptio-
 nes huiusmodi efficere possint. Non enim conuentum fieri oportet
 solum neq; vertiginem in eo vacuo in quo fieri est possibile mundū
 secundum quod ex necessitate putatur. Augeriā tandem quo ad al-
 terum ostendat ut sit quispiam ex his qui physici vocātur hoc enim
 his quæ videntur repugnans est. Sol item & luna & sydera cætera
 seorsum facta postmodum a mundo cōpræhensa sunt: quæq; præte-
 rea constatiā seruant. Cōtinuo efficta sunt: atq; incremētum percep-
 tant pari ratione & terra & mare per cōparatiōes & vertigines quas
 tūdā tenuitate partium constatiū naturarū siue spiritualiū siue ig-
 nis p̄ferētū speciē siue vtrumq; simul & hēc. n. ita suggestit sensus.

LIBER

Porro solis cæterorūq; siderum magnitudo quantum ipsi sapimus ea est quæ videtur. hæc in vndecimo de natura dixit. Nam si inquit magnitudinem interualli ratione amisisset lōge profecto magis colore. Alia namq; huic rationabilior distantia nulla. Cæterū secundum id quod per ipsum est siue maior sit q; videatur siue paulo minor siue tantus non simul. Ita enim & apud nos lumina quæ ex interuallo cernuntur per sensum cōspiciuntur: & omnis autem in hæc partem instantia soluetur facile si quis rebus certis intēdat. quod in libris de natura monstrauimus ortus & occubitus Solis ac lunæ si- derumq; cæterorumq; & per incensionem & extinctionē fieri posse cum talis sit circumstantia etiam per alia loca. vt ea quæ predixim⁹ perficiantur. Nihil enim eorum quæ videntur oblictatur per eu- dentia & quoq; super terra & præterea per adiectionē quod predixi mus confici posse. Neq; enim refragatur aliquid eorum: quæ cer- nuntur. Ipsorum quoq; motus non quidem fieri impossibile secun- dum vertiginem totius celi siue secundum ipsius quidem statū: ho- rum vertiginem iuxta eam quæ ab initio in generatione mundi ge- nita sunt in eorum necessitatē. Deinde calore per quandam ignis distributionem semper ad anteriora loca tendentis cōuersiones So lis ac lunæ fieri quidem possibile est per obliquum cæli ita temporū necessitate coacti. Similiter et secundum aeris obsistātiā siue etiā materiae aptæ quæ semper adiaceat atq; inflammetur. Partim vero deserentis: siue etiam ab initio vertigo huiusmodi istius sit distributa syderibus ut in girum moueantur. Cuncta enim huiusmodi atq; his similia in nullo euidentiæ ratione dissentiantur. si quis semp i huiusmodi partibus possibili adherens: horum singula adeorum quæ vi- dentur consonantiam possint adducere nihil metuēs seruiles astro logorum artes: euacuationesq; Lunæ ac rufus impleriones euersio- nemq; huiusce corporis: fieri enim profecto possent & per figuratio- nes Aeris similiter: Atq; & quæ secundum appositiones & omnes alios modos per quos & ea q; apud nos apparent: euocant ad huiusce spēm reddendā: nisi forte qs vnico illo modo cōtētus reliquos neq; repudiet. Neq; speculatiæ possibile est aliqd hoi aspicere & aliqd ipossibile: atq; ideo ipossibilia inspicere cupiēs: pterea possi- bile est lunam ex seipsa habere lumē. possibile item & a Sole mutua- ri: Et enim apud nox pleraq; cernuntur: quæ plura ex seipsis habe- ant plura item ab aliis: nihilq; impedit eorum quæ in celestibus vi- dentur: si quis multiplicis modi semper memoriam habeat: conse- quentesq; ipsis vna suppositiones & causas simul aspiciat: & ne aspi- ciens in ea quæ non consequuntur hoc ipsura deflue e alias aliter in-

illum vñscum modū. Porro faciei manifestatio fieri quidem in ipsis potest et per immutations partium: & per cumulatam adiectionē modisq; omnibus quotquot cernuntur cum his qui apparent: concordiam habere. Namq; in omnibus meteoris huiusmodi vestigare nequaq; admittendum est. Si enim aliquibus repugnare euidentiis cōtingat: nunq; vera tranquillitate poterimus frui. Solis ac Lunæ defēctus potest quidem fieri et per extinctionem quēamodum & apud nos pleraq; fieri videmus. Iamq; per interpositionem quorundam aliorum aut terræ siue cæli: siue cuiuslibet alterius eiusmodi: sicq; p prios adiuicem modos conspicendum & q; coniunctas concretiones fieri impossibile non est. Porro in .xii. de natura dīci obūbrante Luna Solem: Lunam vero terræ umbra se opponente deficere verum secundum recessum hoc & Epicure^o Diogenes in primo electarum opinionum tradit. Preterea circuitiois ordo sic accipiatur: sicuti & quedam apud nos fiunt: diuinaq; ad hæc natura nusq; admoveat: sed immunis a ministerio in omni sua plenissima beatitate servetur. Si minus autem hoc fiat: omnis de celestibus inanis erit cōtradictio: sicuti iam quibusdam fuit: qui non modum attigere possibilem: verum in vanitatem deciderunt: dum vno tantum modo arbitrantur hæc fieri aliosq; omnes possibles excludunt: quiq; & ad id quod intelligi nequeant: & ad ea que appareant ferant. Quæ vero signa suscipere oportet cum non possimus valere si namus q; noctiū ac dierum prolixitates immutant. preter id q; solis motus celeres fiunt: rursumq; tardiores super terram pro locorum longitudine immutant: & loca quedam celerius peragunt: siue tardius: sicuti et apud nos quedam conspicuntur: quibus consona de meteoris dicendum. Qui autem vnum assumentes his que apparent reluctantur eo etiam exciderunt. quod inspicere homini possibile est. Nāq; significatiōes fieri possunt etiam per collationes temporum sicuti et in his quæ apud nos videntur animantibus & in aliis sicut aeris & mutationis hæc enim vtraq; his quæ videntur non repugnat. Qualitatibus preterea si ab hoc aut ab illo fit causa. Neg^o valet aspici: q; fieri atq; constare potest & concretiones aeris impresioneq; ventorum atq; implicationes se inuicem tenentium atomorum: & eosq; q; ad hoc agendum idonea sunt: fluxumq; ex terra aquisq; conuentū. atq; modis alii plurimis huiusmodi constatiās fieri impossibile nō est. Iamvero in his partim se collidentib^o partim vero mutantibus aquas perfici: & ventos item per relationem ex locis idoneis. Dūq; per aerem mouentur ubi inundatio vehementior ex quibusdam ad huiusmodi immisiones idoneis conuentibus facta fuerit tonitrus

LIBER

fieri posse: ac per spiritus in cōcauis nubiu evolutionē sicuti in vāsis nostris cōtingit. Atq; ex igne inspirato sonū in ipsi s̄ fieri & fractiones itē nubiu atq; dissidētias ac cōficationes nubiu atq; ordines quę cōcretionē Crystalli instar acceperint. Et totū ad hāc partē vt multis modis fieri dicere possumus: q̄ videtur inducūt. Coruscationes itē eadē rōne modis plurimis fieri. Nā per cōficationē collisionēq; nubiu figurā illū ignis effectricē elabentē coruscationem gignete: flatūq; ex nubibus talū corpora que hūc splēdorē efficiat: & per pressurā aut collisionē nubbiū: fit siue ab se inuicē siue a ventis & p cōplexionē ea que a Sideribus manat se inlerēte luce siue a motū nubiu ventorūq; cōpulsa: & p nubes decidēte: siue per collationem tenuissimi nubiu luminis aut ex igne coactas nubes efficere tonitrus & per huius motū & per ignis euaporationem quę fiat per constantiā motus: volubilitatisq; vehemētiā. Fractiones quoq; nubium a ventis casum esse efficientiū ignis atomog: coruscationis p speciē peragentiū. Aliis item modis pluribus facie erit inspicere ei qui & que apparent teneat: hisq; similia queat cōspicari precedit autē coruscatio tonitruū in huiusmodi circūstātia nubiu & qđ simul atq; flatus irruerit. emittatur figura coruscationis efficiens. Postmodū vero spiritus inuolutus huiusmodi efficiat sonū: & p vtrorūq; incidentiā. Coruscatio maiore ad nos celeritate vtatur. Postremo autē venire tonitruū: sicuti in quib; dā quę ex interuallo insciūtūr: ictusq; quod dā efficiūt. Fulmina fieri possunt: ac secūdū plurimos ventorū conuetus: & evolutiones validāq; vuaporationē: & fractionē pactis eiusq; vehementiorem ad inferiora loca: defensum fragore illo cōtingente qđ cōsequentia loca densiora sunt ob implícitas nubes: per hūc item inuoluti ignis lapsū sicuti fieri possibile est. Tonitruū quoq; cū ignis amplior fuerit inspiratusq; vehemētius perruperit nubem: quod in anteriore procedere nequeat: iccirco quod hīmōi cōcretio fiat plurimū quidem ad excellū aliquem mótem ibi maxime fulmina cadunt ad inuicem semper. Et aliis itē modis plurimis fulmina fieri possunt modo longe absit fabula: absit autem si quis rite ea quę apparent sequens de his quae sunt occultiora ad eam normam iudicarit. Præsteres quoq; & per positōrem nubis ad inferiora loca aliena specie a repentina impulsā flātu fieri possunt: & per flatum qui vna & feratur vel hemens: & nubem ad proxima impellat loca exterior flatus. Præterea & per circūstātiā spiritus cum in circulum aer quidam superne compellitur: vechemensq; ventorū collisio fit: necq; valet in transuersa diffluere poster eam quae circa est aeris dēnsitatem: atq; ad terram quidem vsc;

Præstere descendente strobili sunt: ut generatio secundū motū spē
 ritus fiat. Porro usq; ad mare vertigines sunt. Terræmotus autem
 & cum se in terram recipit ventus fieri possunt. & cum hæc paruis
 tumoribus perpetuoq; motu se obiicit: quando agitationē terræ pa-
 rat hic ventus: aut exteriore ex parte cōlectitur: dum in fundamē-
 ta ruit: aut in abstrusa speluncæ in morē terræ loca densatus a ven-
 tis aer: propter hanc autē distributionē motus ex lapsibus funda-
 mentorum plurimorum: itemq; redditionem vbi condensatione-
 bus vehementioribus terræ obuiarit: terræmotus perfici possibile
 est: & aliis item modis pluribus has terræ agitationes fieri. Porro
 ventos in tempore fieri contingit: cum semper fiat sensumq; subre-
 pat alienatio quædam & per collectionem aquæ copioſæ. Venti au-
 tem reliqui sunt: & cum pauci in concava irruerint multa: horū dū
 diuīsio fit. Grando perficitur: & per concretionem vehementiore.
 Vndiq; autem ventos orum circumstantiam quorundam ac partitio-
 nem & cōcretionem & moderationem quorundam pariter. Aquæ
 preferentium speciem eruptionem simul atq; compulsionē ipsorum
 facientem: ac disruptionem ad id cōstare quod secundum partes cō-
 cretas sit: & secundū soliditatem. Verū etiam cir cunferentiam fieri
 impossibile non est: extremis vndiq; conuenientib; & incōstantia
 omni ex parte vt dictū est & partes & plane sive aquosis quibusdā
 seu ventosis circumstantibus. Niū autē perfici fas est & cū aqua te-
 nuis ex nubibus fundatur variis cōmensionis & præsluræ ex nubi-
 bus idoneis & ex seminis monumēto. Deinde dū fertur cōcretionē
 accipiē ppter vehemētiorē quandā in locis inferiorib; nubiū cō-
 gelationis circumstantiā. Sed per cōcretionē huiusmodi lenē habēs
 in nubibus raritatē: emissio hæc ex nubibus fit dū se inuicē collidūt
 q; aquæ speciē præferunt: & quæq; his vna adiacent: q; dū veluti cō-
 pulsione se feriunt grandinē faciunt quod maxime in aere fit. & per
 huiusmodi collisionem nubiū: q; coagmentum acceperūt. fitvt de-
 siliat niuis iste cōgestus: & aliis itē modis nix cōfici potest. Ros au-
 tē efficitur & per cōuentū ad inuicē ex aere taliū: q; sint huiuscē hu-
 moris efficientia. Sed. n. & per loci mutationē aut ex humētibus lo-
 cis aut aquas habētibus maxime perficitur ros. Deinde cum hæc in
 idipsum cōuenere humiditatē pergerunt: motūq; rursus ad inferio-
 ra loca quemadmodum fieri & apud nos pleraq; huiusmodi cer-
 nimus: vbi humores hi roſidi concretionem quandam suæ qualita-
 tis acceperunt: ob circumstantem frigidum aërem efficitur glacies
 & per detritionem quidem globosæ formationis: ac rotūdæ ex a-
 qua compulsionēq; scalenorū: & acutorum angulorum: qui in aqua

LIBER

sunt: & per eam quæ extrinsecus fit talium collisionē: quæ compulsa
vt aqua in concretionem transiret efficerunt: detritis rotundorum
quantitatibus. Iris fit dum sol aquosam aera sua luce perstringit: si-
ue per aeris propriā naturam: quæ lucis & aeris propria est: ex qua
colorū huiuscē proprietates fiunt siue omnes. siue vnicō modo ex
ea item effulgente propinquiora quæq; aeris eum percipient colo-
rem quo partes has circumferentia fulgere conspicimus. Fit autem
huiusmodi visum quod per omni ex parte interuallū luminis pate-
at: siue quod cum huiuscē compulsionē accipiant sectiones quæ vel
in aerē vel in nubibus sunt & ex eodem aere se ingerente dum ad lu-
nam referuntur atomi circumferentia quædam in hanc concretio-
nem demittatur. Area circa lunam fit: dum ex omni parte aer ad lu-
nam refertur. deinde qui ex ipsa manant fluxus leniter eatenus co-
ercentes: quoad in gyro circa ipsam nubes consistat hec & non om-
nino diuidat: siue eum qui in circuitu est aerem ipsa vndiq; cogen-
tae æquabiliter ad circumferentiam suam crassioremq; constituent
quod fit per partes quasdam: siue extrinsecus fluxu aliquo impulsō
siue calore idoneos poros ad id efficiendum nā cōsciente. Comete
stellæ fiunt siue igne pleriq; in locis temporibus suis & cælestibus
coalescente: cum efficitur casus circumstantiam siue quod proprium
quendam motum in tempore cælum supra nos habeat vt huiusmo-
di appareant stellæ: siue ipse temporibus quibusdam per quendam
moueantur calum: atq; ad loca nostra detinent: & manifestæ omni-
bus fiant: harum item defectus fieri propter his oppositas causas:
quod contingit non modo quod pars mundi huius stet circū quā
versentur reliqua: vt quidam aiunt: sed quod aeris vertigo circula-
ris ipsam circumstet: quæ impedimento sit vt ne circūeant sicut &
stellæ reliquæ: siue etiam quod deinceps materia illis congrua non
sit. Porro hoc in loco vbi constitutæ cernuntur etiam aliis plurib⁹
modis hoc fieri potest: si quis colligere studeat ex eorum quæ cernū
tur congruentia: vt vaga quædam sydera ferri contingat: si sic mo-
tibus suis vtuntur quædam vero immota durare: possibile est quidē
ea ab his quoq; quæ in circuitu sunt: ita ab initio moueri coacta es-
set: vt alia quidem secundū eandem ferantur vertiginem: q; lenis sit
Alia vero secundū eam quæ simul in æqualitatibus quibusdam vta-
tur: fieri autem potest vt quibus feruntur locis non intentiones ae-
ris esse planiores: quæ in id ipsum deinceps compellant. leniterque
& plane intendant neq; ita inæqualiter vt & quæ videntur. immuta-
tiones fiant. Enim uero vnam istarum rerum causam assignare cū
multiplicem ea quæ in conspectu sunt prebeant: insanum est & mi-

nime congrue ab his fit: qui vanam astrologiam profitentur: inaniterque quorundam causas reddunt: quando quidem diuinam natum nunquam huiusce absoluūt ministerius. Sydera quedam alia minora conspicī continget: tardioreque motu circūferri: cum eundem orbem circūeant contrarioque ferantur motu ab eadem abducta vertigine: & que circūferantur alia maiore loco: minore alia: cum eandem vertiginem ambiunt. Porro simpliciter de hisce diffinire illis conuenit: qui prodigia confingere apud plerosque volunt. Quae autem cadere dicuntur stellæ & ex parte & ex collisione sua fieri possunt: & quod illic excidant quoque expiratio fuerit. Sicuti & de coruscationibus diximus. ex concursu quoque atomorum ignis efficientium consensu incidente ut hoc fiat: ac secundum motum quoque impetus a principio secundum concursum fuerit. Ex collectione item vesti in condensationibus quibusdam nebulæ preferentibus speciem secundum evaporationem horum per inuolutionem sive eruptionem continentium & in quocunque locum impetus fuerit: motu quoque in eum subsequentem. Sunt & ali modi quibus hoc fiat: innumerabiles porro significaciones: que in plerisque animalibus fiunt per auctoritatem temporis fiunt. non enim quævis animalia necessitatem aliquam inuehunc ut hyems fiat: neque sedet aliqua natura diuina. quæ horum animalium obseruet exitus: ac deinde huiusmodi efficiat signa: Neque n. in animal quodlibet modo id sit modico gratius huiusmodi fatuitas cadet: nedum in id quod plenissimam obtinet fœlicitatem. Hæc igitur omnia Pythocles memoriter tene. longe n. evades fabulam: & quæque his propinquæ & similia discernere poteris Maxime autem te ipsum dede ad speculanda principia: & infinitatē: & his quæ similia sunt. Iudicia præterea & perturbationes & cuius rei gratia ista colligimus. hæc enim in primis considerata: causas quoque particularium rerum cognitu faciles facient. Qui vero isti vel maxime contenti non fuere: ne ista quidem ipsa rite conspexerunt. Neque cuius rei gratia illa conspicienda erant cōsecuti sunt. Ista ille & de cælestibus corporibus opinatus est. Cæterū de his quæ ad vietatem moderationem pertinet: quonam modo eligenda sint alia: & alia repudianda sic scribit. Primum itaque quid de sapiente opinetur exponamus. Detimenta quæ ex hominibus sive odiu sive inuidie sive contemptus gratia fiunt Sapientem autumat ratione superare. cum item qui semel fuerit sapiens: in contrarium habitum transire non posse: neque perturbationibus cedendo errare. Immo continēdū ne quod ad sapientiā impedimentū patiatur: neque tamē ex omni quidē corporis habitu: neque in omni genere fieri sapientē sive autem

LIBER

cruciatur excarnificeturq; sapiēs futurū nihilominus fœlicē: gratiā q; solū amicis p̄sentibus & q; absentibus habiturū sapientē perq; viā. Cū tamen cruciatur & ingemiscet: & eiulabit. Mulier item non cōgressurū sapientē: quā leges interdicant: vt Diogenes in epitome Epicuri dogmatū moraliū ait: neq; cruciatu affecturū seruos verum miserturū: veniāq; habiturū probos quoq; amaturū sapiētem negat: neq; sepulture curā habiturū: neq; a deo amore immitti Diogenes refert. Neq; itē oratoriæ daturū operā: dicēs illā nihil quidē vnq; p̄ fuisse. plurimū vero etiā obfuisse. vxorē tñ ducturū: ac liberos p̄creaturū sapientē. vt Epicurus in abiguis & in libris de natura: cæterū p̄ vitæ interdū cōditione ducturū vxorē auersurūq; aliquos: neq; obseruaturū in ebrietate: vt Epicurus in symposio: neq; accessurum ad républicā: vt in primo de vītis: neq; tyrānidē q̄siturū: neq; dominatū vt in fo de vītis: neq; vnquā pauperē futurū. cæterū & si illi eruātur oculi vitæ participatione fruiturū: vt in eodē ait. Moerore itē nō cōficiēdū sapientē vt ait Diogenes in decimoqnto electorū nō litigaturū: libros atq; monumēta relicturū: nō aut̄ celebritatib; daturū operā. acqrendi curā ac futuri p̄uidentiā nō habiturū: fortunaeq; reluctaturum: amicūq; neminē acquisiturū. gloriae hactenus curā habiturū quo ad contēptui nō habeatur. plus aut̄ alii lēticia in speculatiōnibus afficiendū. Peccata esse inæqualia sanitatē qbusdā cōducere: plerisq; indifferētē esse. fortitudinē p̄ naturā nō cōtinge-
re: sed rōne cōmodiq; notatione. Amicitiā vlus grā necessitatib; īneundā: a nobis tñ inchoandā. q̄ppe & terrā serimus. Constare illā voluntatē cōsortio ac societate. fœlicitatem bifariam intelligi su-
p̄mā illā quē in deo est: quā incremētū nō admittat adiectionēq;
& ablationē voluntatū. Imagines quoq; positurū si habeat indiffe-
renter plane accipies. solūq; sapientē recte de musica & poetica ver-
ba facturū pangenda nō fingenda poemata dixit. Non mouetur si
alter altero dicitur fuisse sapientior: sed ex sapientia sola si affluat
rite appellandum sapientem putat: principem in tempore obsequio
deliniturum gratulaturūq; cuilibet resipiscenti. scholam item habi-
turū: non lane vt turbas faciat: recitaturumq; in multitudine sed
non sponte. Dogmata quoq; illaturum & non dubitaturū. In som-
nis quoq; similem futurum ac pro amico quādoq; moritū. Ista illi
opinantur: transēdū iā ad epistolā est. Epicurus m̄cēneci salutem.
Neq; iuuenis quispiam dū est: philosophari negligat neq; senex exi-
stens philosophando fatigetur. Neq; n. intempestiuus vllus est. ne-
q; ad animaē sanitatem tēpus non habet idoneū. Qui autē dicit aut
nondū philosophandi tēpus esse aut tēpus preterisse ei similis est: q;

dicit ad beatā vitā aut nō adesse tēpus aut nō iam eē. Philosophā
 dū igitur & iuueni: & seni: illi qdē vt senescēs in virtutib⁹ vigeat p̄
 terito: gratia: huic vt iuuenis vna & vetulus sit qd̄ futurū careat
 metu. Meditādū ergo q̄ faciat beatā vitā. Siquidē si adsit illa: oīa
 suppetūt. Sin aut̄ absit agimus oīa vt illam habeamus. Quē aut̄ assī
 due te admonebā: ea & age & meditare bene viuēdī elementa hæc
 esse arbitrans primū quidē deū esse animal immortale ac beatū. pu-
 ta sicuti cōmuniſ deo dīctat intelligētia nihil illi aut ab immor-
 talitate alienū aut a beatitudine applicās. Ceterū omniq̄ illius cū
 immortalitate beatitudinē seruare possit de eo opinare. dii nempe
 sunt vt certa est illoꝝ notio: nō aut̄ eiusmodi sunt cuiusmodi eos
 plēriq̄ arbitrāt. neq; n. eos q̄les putat obſcruat. Impius at̄ est nō q̄
 tolit multitudinis deos: sed q̄ diis opinōes multitudinis applicat.
 Nō. n. sunt anticipatōes: sed opinatōes fallāt: q̄ plurimi de diis sen-
 tiūt hic detrimēta maxima pessimis qbusq; a diis inferūt & cōmo-
 da itē p̄bis. q̄p̄e virtutibus p̄ oīa delectati similes āplectūt: ac fo-
 uet omne qd̄ hīnōi non est alienū existimātēs. Cōfuesce autē puta-
 re nihil ad nos esse mortē. Bonū .n. omne ac malū in sensu est. sens-
 sus autem priuatio mors ē. Vnde recta cognitio: quod nihil ad nos
 fit mors: id efficit vt mortale quod est: fruatur vita: non ambigū
 aduciens tempus: sed immortalitatis desiderium afferens. Nihil. n.
 in vita malum est ei qui vere comprehendit nihil esse in vitā priua-
 tione mali: Mors
 Vanus ergo est qui mortem se timere dicit: non quia
 præsens moerore conficiat: sed expectata & futura contristet: Nā
 quod præsens nihil perturbat expectatum ne quicq; conficit. Itaq;
 quod acerbissimum malorum est & omnino pauendum mors nihil
 ad nos: quoniā cum nos sumus mors non est: cum vero mors a-
 dest: nos iam non sumus. Neq; igitur ad viuētēs: neq; ad mortu-
 os est. Nam his qui sunt illa non est: quibus vero adest iam illi non
 sunt. Atqui plurimi mortē aliquādo vt malorum maximum fugi-
 unt: aliquādo vero vti requiem eorū quāe in vita sunt tristium cu-
 piunt. Neq; igitur non viuere metuit: nec. n. illi viuendi amor impe-
 rat. neq; opinatur mali aliquid esse non viuere. Quemadmodū vero
 eibus nō qui plurimus: sed qui suauissimus est eligitur: ita & tēpus
 nō longissimum sed suauissimum cupitur. Porro qui iuuenem bene
 viuere senem bene ex vita discedere admonet fatuus est: nō modo
 ab amore vītē ac studiū: verum etiam quod eadē sit meditatio
 bene viuendi ac bene moriēdi. Lōge aut̄ deterius q̄ dicit. bonū qui-
 dem nō natum esse. Natum vero q̄ celerrime intrate inferri ianuas.
 Nā si qd̄ ita c̄redet: hoc dixit: quomodo non discedebat ex vita.

LIBER

Id quippe illi in promptu erat. si quidem hæc illi fuisset rata sententia. Sin autem inueniens vanus dū in his quæ ratione carent inueniatur. Memoria vero tenendū vt quod futurum est neq; nostrū sit neq; omnino nō nostrum vti ne tanq; futurum prorsus expectemus neq; item quasi non futurū desperemus. Reputandum præterea concupiscentias partim esse naturales: partim inanēs: neq; naturalium alias quidem necessariās: alias vero tantū esse naturales. Necessariæ vero quæ sunt partim ad felicitatē: partim ad corporis traquillitatem: partim ad vitā ipsam esse necessariās. Horū quippe sine errore speculatio est. vt nouerimus quid eligendum quidue fugiendum sit ad bonam corporis tuendam valetudinem corporisq; quietē hic. n. finis est bene: beateq; viuēdi. Hui^o.n. gratia omnia egerimus: vt neq; doleamus: neq; perturbemur. Vbi vero id penitus consecuti erimus soluitur omnis tempestas animi: cum non possit animal tendere quasi ad minus aliquid. & aliud querere quo animi corporisq; consumetur bonum. Tunc voluptate nobis opus est: cum illam non ad esse dolemus non etiam voluptate indigemus. Quocirca voluptatē finem dicimus: ac principium beatæ vitæ. hanc. n. primum bonum atq; ingenitum nouimus: atq; ab hac electionem omnem: ac deuitationem inchoamus. adq; hanc occurrimus perturbatione tanq; norma bonum discernentes. Quoniamvero primum istuc: & insitum bonum est. Iccirco non omnem voluptatem elidimus: verum sæpe plerasq; transgredimur: quando ex his maior molestia sequitur doloresq; nōnullos voluptatibus præstare arbitramur: quādo s. ex diutina tolleratione dolorum maior nos voluptas sequitur: omnis ita q; voluptas eo quod naturam propriam habet bonum est: non tamen eligenda omnis: sicuti: & dolor malū est: nō tamen omnis repudiandus est dolor. Cōmensione itaq; & vtiliū. inutiliumq; discreione diligendi: hæc omnia iudicare cōuenit. Vtimur. n. bono per tempora quædam vt malo: ita rursus malo tanq; bono: frugalitatem præterea magnum extimamus bonum: non vt semper vtamur modicis: sed nisi multa habeamus vtamur paucis: credentes verissime illos magnificentia frui suauissime qui illa nimium indigent: quodq; naturale sit omne esse parabile: noua vero difficile parati posse. Sapores itē simplices eq; magnifico luxui ferre voluptatem: quādo omne q; dolet per inediā sublatum sit: & panis ergo cibarius & aqua summam voluptatem afferunt: cum egens quis illa in cibū sumit: itaque simplicibus & non magnifice paratis cibis consuēcere & salubritatis efficiens est & hominem ad vitæ usus necessarios impígrum reddit: magnificentioribusq; si per interualla su-

mantur: nos commodius aptat atq; aduersus fortunam interitos facit. Cum itaq; dicamus voluptatem finem esse non luxuriosorum voluptates eaſq; quæ in gusto sunt positæ vt quidam ignorantes aut a nostra sententia dissentientes: aut male accipientes arbitrantur. sed non dolore corpore animoq; tranquillum esse & perturbatione vacare dicimus. Non enim conuiua & commēsationes non puerorum mulierumq; congressus: non pīscium vſus & ceterorūq; aſert preciōſior menſa ſuauem gignit vitam: verum ratio ſobria: cauſaſq; perſcrutans: cur quæq; vel eligenda vel fugienda ſunt: opinioneq; expellens per quas animos vt plurimum occupat tumultus horum omniū initium maximūq; bonum prudentia eſt. Quocirca philoſophiam quoq; prudentia æſtimatione antecellit: ex qua reliqua virtutes omnes oriuntur docentes vt non ſit incunde viuere: niſi prudenter honeste iusteq; viuatur: quippe virtutes ſuauis ac iucundæ vitæ ac coniunctæ ſunt iucundacq; vita separari a virtutibus nequit. Nam quem tu arbitraris eo preſtatiōrem eſſe: qui & pie de diis opinatur mortemq; ſemper interitus ſuſtinet finemq; naturæ rectæ estimat: finēq; bonorum vt faciliſ ad implendū parabilisq; comapræhendit. Malorum vero finem vt aut tempus aut dolorem breuem habeat dominamq; omniū vt a plerisq; inducitur nunciat: patim vero a fortuna partim a nobis quod necessitas obnoxia non ſit instabilisq; fortuna. Quod autem a nobis eſt: dominatu caret: quod querimonia & contrarietas ſolet eſt iugio ſubſequi: præstat enim fabulam quę de diis traditū ſequi q; naturalium ſeruire fato: illa enim ſpeciem excuſationis obtendit honorem deorum. Haec ineuitabilem neceſſitatem habet: fortunam vero neq; dēā, vt plures ſuſpicātur putat. Nihil enim deus agit temere: neq; instabile cauſam nempe arbitratur bonum ſive malum: ex hac ad beate viuendum hominibus dari principia: tamen magnorum bonorum aut malorum ab iſta donari: præstat enim rationabiliter eſſe inſoclicem: q; abſq; ratio ne ſoclicem. Melius eſt enim in actib⁹ quod bene iudicatum eſt per eam digeri. Haec igitur atq; hiſ ſimilia tecū ſi die noctuq; meditere nunq; perſoniam: inſoniae perturbatione vlla capi poteris: verum quæ deus inter homines vſues. Nihil, n. ſimilis eſt mortali animati animal homo immortalibus bonis inuerſatus. Diuinationem autem omnem in aliis tollit ſicuti & in parua epitome: dicens eam carere ſubſtantia: & ſi inquit ſubſtantialis ſit: nihil ad nos exiſtimes pertinere quę fiunt. Iſta & de hiſ quæ vitam informant: pluraq; hiſ aliis etiā in locis diſſerit. Diſſentit autem a Cyrenaicis de voluptate

LIBER

Illi. n. non eam quæ in statu est: sed eam solum quæ in motu sit ad-
mittunt. Hic autem vtrāq; animi scilicet corporisq; cōpleteatur: vt
in libro de electionibus & fuga ait & in libro de fine: & in primo.
devitis & in epistola ad Mytilenēses amicos: similiter & Diogenes
in. xvi. electorum & metrodorus in Timocrate dicunt ita intelligi
voluptatē in & quæ motu sit & in statu. At epicurus in libro de ha-
resibus ita dicit. Nāq; perturbationis dolorisq; vacatio constantes
sunt voluptates: Gaudium vero ac læticia actio secundum motum
videntur. Item aduersus Cyrenaicos: Illi. n. corporis dolores q; ani-
mi deteriores arbitrantur. Corpore deniq; peccantes cruciari. Hic
autem animi dolores. Carnem enim præsenti tantummodo dolo-
re affici: animū vero & præterito & presenti & futuro. Ea ergo rati-
one maiores quoq; animi q; corporis esse voluptates. Demonstratio
nevero vtitur: q; sit voluptas finis: q; animalia simulatq; nata sunt
ista deliniri: offendit illo naturaliter absq; rationis adminiculo cerni-
mus. Nostra ergo sponte dolorem fugimus: sicuti & hercules ab
tunica dum consumeretur: clamat mordens atq; euulans: Saxa cir-
cungemunt locorumq; montani vertices: & Euboeq; promontoria.
Voluptatis vero causa virtutes quoq; eligi non propter se sicuti &
medicinam propter sanitatem vt ait & Diogenes in. xx. electorum:
At vero Epicurus inseparabilem quoq; dixit esse a voluptate virtu-
te solam: caetera vero sperari: quippe mortalia. agendum igitur nūc
verticem apponamus: vt ita dixerim: & scriptorum omniū & vitæ
philosophi ratas ipsius opinione adiuentes: hisq; omne hoc o-
pus nostrum concludentes fine illo vtentes qui foelicitatis ac beatit-
udinis initium sit. Quod beatum atq; immortale est: necq; ipsum ne-
gocia habet. neq; alii præbet. Itaq; ne ira quidem neq; gratia tangi-
tur: quippe huiusmodi omnia infirmitatis indicia sunt. In aliis ve-
ro ait deos ratione conspici alios quidem numero subsistentem. A-
lios vero secundum specie similitudinem ex perpetuo similiū ima-
ginum fluxu quæ in id ipsum perfectæ sint humana specie. Mors
nihil ad nos. Quod. n. dissoluitur: sensu priuatür: quod autem sensu
caret nihil ad nos. Terminus magnitudinis voluptatum omnis qđ
dolet sublatio est. Vbicunq; vero fuerit id quod delectat: quandiu
ibi est nihil est quod dolet: aut afficiat mœrore aut vtrunq; simul.
Non moratur diutius in carne quod dolet: sed summus dolor mi-
nimum temporis adest: Quod autem nimiū delectat: solum secun-
dum carnem non multos dies durare contingit. At diurni morbi
plus habet in carne quod oblectet q; quod doleat. non potest iucu-

de viui: nisi prudenter ac honeste ac iuste vivatur: neq; prudenter ho-
neste ac iuste nisi incunde. q; autem cuiq; hoc non contingit: is nō
vituit prudenter atq; honeste: & cui iuste non evenit: non est hunc iu-
cunde vivere: co q; confidat hominibus aut secundum naturā prin-
cipatus regniq; bonum ex quibus cunctq; potuerit hoc parari. Glorio-
si atq; conspicui quidam esse cupierunt ita se vt ab hominibus tuti
sint adepturos existimantes: Itaq; si quidem tuta sit talium vita na-
turæ bonum receperunt: sin minus: nihil habet cuius rei gratia prin-
cipio secundū naturæ proprietatem appetierunt: nulla per se se vo-
luptas malum est: sed efficientia quarundam voluptatū multiplices
ingerunt voluptatū perturbationes. Si cumularetur voluptas om-
nis & tempore & ambitu congregatio fieret: aut maxime principa-
les naturæ partes nequaq; a se inuicē different voluptates si efficien-
tia voluptatum luxuriosorū metus animi soluerent: qui & de cælesti
bus & de morte & de doloribus sunt: prætereaq; voluptatū doceret
finē: nihil h̄eremus quos eos culpare possemus vndiq; voluptatib;
hauriendis instantes: nullaq; ex parte neq; quod doleret neq; confi-
ceret habentes. Quod profecto malum est: si nihil nos cælestium su-
spitiones perturbarent neque mortis opinione forte sit aliquid ad
nos. Adhuc cogitare audeo dolorū ac voluptatum fines. Non indi-
gerem⁹ physiologia nec liceret de his quæ maxime rata sunt metu-
entem soluere: nisi plane nouisset quæ sit totius natura: sed fabulo-
sum aliquid suspicaretur. non itaque liceret absq; physiologia acci-
pere sinceras voluptates: neq; prodesse aliquid humanam sibi pa-
rare securitatem cum & superna & quæ sub terra sunt suspecta es-
sent: ac simpliciter quæ sunt in infinito cū humana securitas fuerit
vsq; ad aliquid virtusq; innixa & purissima foecunditas: sit quæ ex
quiete & quæ a multis recedendo securitas prouenit. Naturæ & o-
pes diffinitæ & parabiles sunt. Porro inanum opinionem diuitiae
in infinitum excidunt. Brevis sapienti fortuna subincidit. Quæ ve-
ro sunt maxima & imprimita rata disposita ratio: & perpetuo vitæ
tempore disponit atq; disponet. iustus a perturbatione remotissi-
mus. Injustus vero perturbatione plenus est. Non crescit in carne
voluptas cum semel quod per indigentiam dolebat: ablatum est:
sed solum variatur. Porro mentis finis finem qui secundum volup-
tatem est genuit: horumq; ipsorum & eorū quæ his propinquæ sunt:
electio quæcunq; maximos metus animo parat. In infinitum tem-
pus ac finitum æquam habet voluptatem si quis voluptatis ipsius
fines ratione metiatur. Quippe caro voluptatis fines acceperit in-

LIBER

finitos: infinitumq; ipsam efficit tempus Porro mens carnis finem ac terminum ratione pertractans æternisq; exuta, timoribus vitam omni experte consumatam fecit. Nihilq; iam infinito tempore opus habuimus: sed neq; voluptatem quidem effugit: ne tum quidē cum exitum ex vita molestiæ nunciarent: quasi aliquid beatæ vitae deficiat in qua vitæ terminos noscens non ignorat q; sit parabile id qd indigentia dolorem tollat: omnemq; vitam perfectam constituat. Itaq; nihil negocis opus est: quæ certamina habent subsistentem finem versare animo oportet omnem euidē: iam ad quam ea quæ opinamur referamus. Alioquin omnia rationem iudicii desiderabūt: tumultuq; plena erunt: si sensibus omnibus repugnes: non habebis: neq; quoilibet ipitorum mentiri dixeris: quo pacto iudices: aut ad quid te referas: si quem simpliciter eiicias iensum: neq; diuidas qd opinaris iuxta id quod accessit: quodq; iam per sensum presens est. Affectus insuper & omnem imaginalem mentis intuitum confundens ac sensus reliquos opinionem inani: vt qui iudicium eiicias omne: porro si & quod expectatur omne inopinabilibus notionibus firmes: idq; quod attestacionē non admittit: vt quod falsum sit nō dimiseris: eris quasi omne certamen obseruans: omneq; iudicium rectum: siue non rectum: nisi per omne tempus quæ geruntur singula ad naturæ referas finem: sed antea euertes siue fugam/ siue infestationem in aliud aliquid faciens non erunt verbis consentaneæ tibi actiones voluptatum: quæq; ad dolorem non inducunt nisi impletæ fuerint nō sunt necessariæ: sed appetitum habent minus læsum: quotiens paratu difficultes auctoresq; detinuenti esse constituit: quas ad totius vitæ beatitudinem sapientia parat, longe maximum amicitiæ acquisitione: eadem sententia confidentiam parit. qd dirum nihil fit æternum neq; diuturnum, & ea quæ in ipsis diffinitis est amicitiæ securitas consumata maxime confort. Voluptatum aliæ naturales & necessariæ sunt: aliæ naturales & non necessariæ: aliæ vero neq; naturales neq; necessariæ sunt. Sed circa inanem opinionem versantur. Naturales & necessarias existimat Epicurus eas quæ dolores sedant vt est in siti potus. Naturales vero non necessarias: quæ voluptates solum variant: non autē dolorem tollunt: vt sunt præiosi cibi. Neq; naturales autem neq; necessarias putat: vt sunt statuarum collocationes. Naturalium voluptatum quæ dolorem non inferant: nisi consumatae fuerint fit vehemens circa inanem opinionem studium: neq; circa naturam suam diffunduntur: sed circa inanem opinionem hominis naturæ ius utilitat; is est signum:

vtheq; se in uicem lādant neq; lādantur. Quæq; animantes eo fōdere iungi non possunt: vt neq; lādant mutuo neq; lēdantur in his suis nullum aut iniuria est. Eadem est in gentibus ratio quæ aut volunt aut nequeū ita fōderati vt aeq; lādāt neq; ledantur. Iusticia nihil p se eēt: verū in contractibus mutuis quibuslibet locis id fōduis initur; vt non lādamus neq; lādamur. Iniuria per se malū nō est: verū in suspitionis metu id malū sitū ē: nisi lateat q; huiusmodi sunt iniusticiæ iudices. Nō credat eos qui clā aliquid facit cōtra id qđ inter se cōstituerunt hoies ne lādantur aut lādant se latere posse: & similes imprestiarū lateat ad finē tamen incertū est an latere possit. Cōiter quidē omnibus ius idem est. Vtilitatis.n. aliquid cōfert in mutua societate: priuatim vero agri & quarūcūq; causarū nō omnibus idē cōsequitur ius esse Aliud quidē oīum attestatione firmatum quod expediāt in vīlū mutue societatis eorū quę iusta putātur esse ius dicitur siue idē sit oībus siue nō idem: porro si ponat tā tum quis piā non autē proueniat cōmoditas mutuae societatis: non iam hoc iuris naturā habet etiā si intercidat cōmodū iuris: quiddā autē temporis ad anticipationē congruit. Nihilominus id tempus iustū erat his qui nō inanibus vocibus semet cōfundūt: sed res plurimas cernunt. Vbi vero cū variæ fuerint circūstantes res non congruere ad anticipationē vīsa sunt (quæ putabantur iusta in ipsis rebus) ea iusta nō erant. Vbi vero vanescētibus circūstantibus rebus vīsa sunt non conguere ad anticipationē quæ existimata sunt iusta Vbi vero vanescētibus rebus iam nō vtilia erant ea clā posita iura Hic autē tū quidē iusta fuere quādo erant vtilia societati mutuae simul conuersantiū. Postea vero nō iā fuerunt iusta quādo neq; vtilia erant. Quibus rebus externis minime cōfidere preclare constituit. Hic ea quidē q; sunt possibilia propinqua & familiaria efficit. Quæ vero huiusmodi nō sunt nō aliena sane. Quæ autē nō poterat eis se studuit nō immiscere: exclusitq; omnia quæ agere non conducebat quicūq; vīm acceperunt vt se ex eis maxime ad confidendū pararet que sunt ppinqua et finitima. Hi etiā adiuicē vixere suauissimam vitam firmissimā habentes: fidē ac p̄bationē certissimāq; propinq; uitatē adsumentes lamentis prosecuti non sunt defuncti celeritem obitum.

FINIS.

Claertii Diogenis vitarū & sententiarū eorum qui in philosophia probati fuerunt non antea Parisiis Impressarū Pro Ioanne Paruo In yico diuī Iacobi Sub Leone argenteo commorante,
τελος τω θεω Χαρισ.

qui invenit in eo quod dicitur deus in nobis et in nobis in deo
non sit invenire deus sed in nobis non sit in nobis in deo

et in nobis non sit in deo sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

LXXXVII


et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo

et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo


et in deo non sit in nobis sed in nobis non sit in deo







Jean Marchant

A







Diogenes

Laertius.

4^o
Inc. lat.

983